



**Dissertatio exegetico-theologica, continens annotationem in  
nonnulla loca Lucae, in Actuum Apostolicorum libro referentis  
de Paulo ad Christum converso**

<https://hdl.handle.net/1874/320572>

HONES  
RATC.  
182





Doctrina Miscell.

Quarto No.

192.

1. Tauru, H. E. Annotatio in loca nonnulla Lucae, in Actuum Aposto-  
licorum libro referentis de Paulo  
ad Christum converso.
2. Hekmeyer, F. A. Philoctetae Sopho-  
clis narratio cum nonnullorum  
locorum explicatione.
3. Dam, A. H. Leydel van. Theses jur. inaug.
4. Koolenburgh, J. id
5. Nellesteyn, G. van. id.
6. Balder, P. C. id.
7. Besier, A. A. H. id.
8. Bosch, J. G. A. id.
9. Luden, H. L. M. id.
10. Sprooz, J. id.
11. Middelburgh, O. W. J. Berg van.  
Spec. de quaestione an bonae fidei  
emtor cogatur, locatori reddere objecta  
eius privilegii, tempore utili ab illo  
vindicta.
12. Bergma, W. B. Theses jur. inaug.
13. Sträter, B. G. H. id.
14. Voer, F. C. Conspectus comediae,  
veterum atque origines rei scenicae  
recentiorum.
15. Ariens, F. D. C. P. Theses jurid. inaug.
16. Strick van Linschoten, J. B. id.
17. Zynen, F. S. J. Schmacker. Spec. quo  
Anselmi et Calvinii placita de hominum  
per Christum a peccato redemptione.
18. Creets, L. J. Theses jur. inaug.







DISSERTATIO EXEGETICO-THEOLOGICA,

CONTINENS

ANNOTATIONEM IN NONNULLA LOCA

LUCAE,

IN ACTUUM APOSTOLICORUM LIBRO

REFERENTIS

DE

PAULO AD CHRISTUM CONVERSO.



RIKSUNIVERSITEIT UTRECHT



0823 2815

DISSERTATIO EXEGETICO-THEOLOGICA,

CONTINENS

ANNOTATIONEM IN NONNULLA LOCA

**LUCAE,**

IN ACTUUM APOSTOLICORUM LIBRO

REFERENTIS

DE

PAULO AD CHRISTUM CONVERSO;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

**CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,**

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

VENERANDAE FACULTATIS THEOLOGICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus,**

SUMMISQUE IN THEOLOGIA HONORIBUS

AC PRIVILEGIIS,

**IN ACADEMIA RHENO - TRAJECTINA**

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**HENRICUS EMANUEL FAURE.**

E PROMONTORIO BONAE SPEI,

A. D. III M. JULII A. MDCCCLI HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,

APUD KEMINK ET FILIUM, TYPOGR.

MDCCCLI.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 309

LECTURE NOTES

BY

PROFESSOR

OF PHYSICS

AND

OF ASTRONOMY

OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO

CHICAGO, ILL.

1950



PARENTIBUS  
OPTIMIS, CARISSIMIS,

NEC NON

PATRUO DILECTISSIMO,

PHILIPPO EDUARDO FAURE

SS. ANTISTITI

ECCLESIAE NEDERLANDICO-AUSTRO-AFRICANAE  
SYNODI H. T. PRAESIDI,

SACRUM.

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY OF

CHICAGO

1890

RECEIVED

APR 10 1890

1890

## PRAEFATIO.

---

*Huic meae qualicumque dissertationi theologicae nonnulla praemonenda habeo. Ut juvenilibus hisce primitiis benevole indulgeat lector, sciat, quaeso, me nequaquam scopum, quem mihi proposueram, attingisse, et breve temporis spatium mihi concessum ad elaborandum hocce specimen impedivisse, quominus integrum, in quo occupatus fui, absolverem argumentum. Post institutas disquisitiones q. d. doctorales, operam imposui in indagando argumento, quod mihi tractandum elegeram, nempe ut narrationum Lucae, in Act. Apost. libro referentis de Paulo ad Christum*

*converso, fidem historicam contra dubitationes novissimas vindicarem ac tuerer. Sponte patet me continuo in eo versatum fuisse, ut hasce narrationes interpretarer. Quibus in proprios usus ad finem perductis, requiri mihi videbatur ut ante, quam novissimas dubitationes refellerem, indagarem, quas jam antea dubitationes contra Lucae fidem historicam moverant Interpretes, memor verborum cl. Tholuckii (Verm. Schriften II. p. 24): „..... man würde sich nämlich alsdann überzeugen, wie wenige rationalistische Ansichten der neueren Zeit ausschliesslich angehören.“*

*Haec autem agens, ecce! ante paucas dierum hebdomades, e patriâ literae ad me pervenerunt, quibus inducerer, citius, quam quidem speraveram, in patriam redire. A proposito igitur desistendum erat, et argumentum, quod pertractandum sumseram, arctioribus limitibus circumscribendum. Quid multa? Hanc narrationum interpretationem, adhucdum in scriniis latentem, exinde deprompsi, qua instructus annotationem exegeticam, citius sane, quam speraveram, concripsi et typis describendam curavi, ut ita ante instantes ferias aestivas legi satisfacerem, impositam iis, qui doctoralem gradum adipisci cupiunt.*

*Hisce praemonitis restat, ut dulcissimo munere fungar eosque compellem, qui sua in me beneficia cumularunt. Primum igitur ad vos me convertam Parentes optimi, carissimi! Ut vestra erga me merita rite celebrem verba mihi desunt; non tantum ab ipsis incunabilis me intimo amore amplexi estis, verum imprimis Deo precibus me obtulistis. Eas audiat Ipse atque exaudiat! et quando me imbutum novissetis ardore Evangelium Christi annuntiandi lubentissime mihi viam straxistis eandem adeundi Academiam, quam Tu petieras antea, Pater exoptatissime! Extra patriam versanti filio, procul a vobis remoto, vos ea obtulistis, quibus placide atque jucundissime tempus tereret. Pro omnibus his beneficiis ex intimo corde maximas, quas possum, vobis gratias ago. Accipiatis quaeso qualescumque in theologiâ filii primitias, quas pius erga vos animus vobis dicare jubet! — Nec Tibi, quondam Academiae Rheno-Trajectinae alumno, displiceat, Patruæ dilectissime! quod una cum optimis Parentibus Tibi etiam hanc meam dissertationem inscribam. Maxima Tua fuerunt erga me beneficia, quae tamen recordari non hujus est loci. Hocce specimem inspiciens, procul dubio in memoriam re-*



vocabis fratrem Tuum conjunctissimum, cujus mihi contigit cognominem esse, eheu! nobis Christique ecclesiae diu jam ereptum. Utinam non tantum ejus nomine, verum imprimis animi ejus erga Deum pietate ejusque virtutibus ornarer! Deus O. M., qui prae adorandâ Ejus sapientiâ eum nobis privavit, diu et Te et Patrem carissimum incolumes servet in Ipsius Christique honorem, in ecclesiae nostrae Nederlandico-Austro-Africanae decus, in popularium plurimorum salutem inque meum gaudium! Et post peractum hujus vitae stadium Ipse ille Deus ex gratuitâ Ejus benevolentia ac benignitate per Jesum Christum filium suum vos participes reddat summae felicitatis et vitae aeternae!

Omnibus, quibus in hac Academia uti mihi licuit, praeceptoribus clarissimis et doctissimis gratias ago pro egregiâ eorum institutione. Singulatim hic nominare liceat clar. Bouman, cujus scholis per triennium interesse mihi licuit, quique in tradendis variis disciplinis theologicis egregie de me meruit. Neque, quamdiu vivam, unquam Te obliviscar, clar. Vinke! Tu, Patris olim sodalis atque amicitiae vinculis cum eo conjunctus, filii exististi optimus

*non tantum magister, verum amicus sincerrimus. Uti ab initio inde in deliciis habui, tuas frequentare lectiones, ita semper gloriabor tuis annumerari discipulis! Etiam in patriam reverso mihi adesse velis tuis consiliis et admonitionibus, ut disciplinam theologicam ulterius excolere et gravissimo munere ecclesiastico melius in dies fungi possim. — Quomodo vero Tua erga me merita recte celebrem, Clarissime Royards! Promotor aestumatissime! qui ab ipso die, quo hanc urbem intraverim, Patris instar mihi exististi et meas res tanquam filii curasti? Studiis meis egregie profuisti. Contigit item mihi, felici! necnon popularibus meis, dulcissimâ apud te domesticâ frui familiaritate. Neque recusasti Promotoris agere partes, ut hanc dissertationem conscriberem, et ultimis his diebus imprimis tuis admonitionibus tuoque auxilio egregie mihi adjuisti; bibliothecam tuam mihi lubentissime aperuisti, et, quibuscunque indigebam, libros suppeditasti! Sicuti ab ipso studio Academico Pater Patruusque semper Te pie coluerunt et plurimi fecerunt, ita nulla unquam oblivio Te, aut ea, quae Tibi accepta refero, ex memoriâ delebit. Tu quoque in posterum Tuis consiliis*

*Tuisque admonitionibus discipulum dignari pergas.  
Deus O. M. Te collegasque Tuos clarissimos servet incol-  
lumes in ecclesiae Nederlandicae et Promontoriensis salutem et in Academiae nostrae decus  
atque gloriam!*

*Vos quoque, Amici dulcissimi! quos in Neder-  
landiâ, inprimis hac in urbe et Amstelodami,  
nancisci mihi contigit, gratus meus animus semper  
pie colet. Vestrum causâ, Nederlandia altera mihi  
patria existit semperque manebit! Aere perenniora  
maneant vincula, quibus nos invicem obstringimur. Me,  
quaeso, quando in ultimis terrarum versabor, amare  
pergatis! Certo sane confido vos experturos esse de  
me quoque verum divinâsse Horatium:*

*„Coelum, non animum mutant, qui trans mare  
currunt.”*

*Commilitones mecum conjunctissimi! Nederlandi  
Promontoriensesque, mei memores maneatis, si-  
cuti et ego vestrum recordabor. Sol justitiae vos il-  
lustret, ex intimis medullis precor!*

TRAJECTI AD RHENUM

d. 25 m. Junii MDCCCLI.

# ANNOTATIO

IN LOCA

L U C A E

IN ACTUUM APOSTOLICORUM LIBRO

REFERENTIS

DE PAULO AD CHRISTUM CONVERSO.

---

Quae prima ecclesiae Christianae monumenta historica nobis retulit Lucas in Actuum Apostolicorum libro non nisi fragmenta continent factorum, quae habuerunt Apostoli fungendo munere Apostolico et propaganda religione Christianâ. Prae ceteris autem Petri et Pauli fata uberius narrantur; de ceteris Apostolis pauca nobis, referente Lucâ, innotuerunt. Uti vero facile mirum nobis accidat Lucam, licet praecipua tantum enarraverit Apostolorum, potissimum Pauli, fata, vel sic tamen in tribus hujus libri locis communicasse historiam

Pauli ad Christum conversi; ita haec maxime loca vexarunt interpretes. In explicandis variis pericopis, potissimum in dijudicandis *ἐναντιοφανεῖαις*, quae habentur, ubi conferamus illam Lucae de insigni hoc Pauli fato narrationem (C. IX) cum orationibus, quas duplici loco habuit Paulus, quasque suo libro inseruit Lucas (C. XXII et XXVI), longe a se invicem abierunt interpretes. Quod quidem uti inprimis jam antea, ita maxime seriori tempore factum est, adeo ut Lucae, Pauli ad Christum conversionem narrantis, fidem historicam vel in dubium vocaverint vel plane negaverint.

Operae pretium igitur videatur ad tria haec loca annotationem exegeticam tradere, quae eo valere possit, ut hancce sententiarum exegeticarum diversitatem attendamus; quae vero simul ad iudicium ferendum de *ἐναντιοφανεῖαις* illis viam nobis parent, et Lucae fidem historicam tueantur atque vindicent.

I.

ANNOTATIO

IN

HISTORIAM INTERPRETATIONIS HORUM  
LOCORUM.

---

Primum quidem in hisce locis occupant dubitationes, quas jam antea moverunt interpretes, fidem Lucae historicam vel in dubium vocantes vel saltem ejus vim infringentes. Hisce addere juvat quae alii attulerunt ad dubitationes illas refellendas hasque Lucae narrationes vindicandas.

Neque tamen est, quod cuncta exponam, quae remotissimo tempore de hisce locis scripto consignarunt. Satis duximus ea commemorare, quae hac de re nonnulli inde a Semleri temporibus <sup>1)</sup> disputarunt, ut ita duce historiâ animadvertere pos-

---

1) Ille enim maximam habuit vim in eas mutationes, quas subiit tunc temporis disciplina theologica, non in re critica tantum et dog-

simus quomodo sensim praeeparata sint, quae nostris temporibus ab utrâque parte adhibentur, tum ad hanc rem oppugnandam, tum vero etiam ad eam tuendam. Vel sic tamen nobis nequaquam proposuimus catalogum tradere scriptorum, qui ex professo de Pauli conversione egerunt, omnibus suis numeris absolutum <sup>1)</sup>. Praeplacet ipsa enumerare argumenta, quibus potissimum usi fuerunt. Disquisitionem nostram ita instituemus ut quantumpote ipsissima scriptorum verba adducamus.

Quam viam universe inierunt scriptores nonnulli a medio inde saeculo duodevicesimo integrum Codicem sacrum quod attinet, eam tenere haud

matica, verum omni suo ambitu; ut egregie exposuit Cl. Tholuck in libro, *Vermischte Schriften*, Hamburgiae 1839. tom. II. p. 1-147. Cf. etiam Hagenbach, *Dogm. Gesch.* II. § 275. an. 7. Accedit quod „omnibus quod sciam” — ut verba Haselarii mox laudandi mea faciam — „ante eos [rationalistas] interpretibus persuasum fuit, Jesum Christam oculis corporcis a Paulo visum et hunc distinctâ verborum pronuntiatione ab eo compellatum esse, atque adeo rem universam non secundum eas leges, quibus mundi administratio vulgo adstricta est, sed mirificâ plane ratione evenisse.” Quamquam praetermittere debemus Camp. Vitringam in *Obs. Sacr.* (editis jam an. 1685) L. VI. c. 10. § 12. *lumen coeleste* de fulgure fulminis, et *vocem* adjunctam de tonitribus interpretantem.

1) Hunc qui legere vult, adeat J. T. L. Danz, *Universal Wörterbuch der theologischen, Kirchen- und Religions-geschichtlicher Literatur*, Lipsiae 1843, sub voce *Paulus d. Apostel*, p. 740 seq. — Cf. etiam ejusdem operis *Supplementheft* p. 81. — Porro D. C. T. Kuinoel, *comment. in lib. N. T. hist.* vol. IV. Lipsiae 1827. ed. 2da p. 329-334; Meyer, *Krit. Exeg. Komm. über die Apostelges.* Tom. II. part. 3. Guttingae 1835. p. 131 seq. De Wette, *Kurzgef. exeg. Handb. zum N. T.* Lipsiae 1848. ed. 3a vol. I. part. 4. p. 85 seq.; necnon scriptores postea a nobis laudandi.

dubitarunt, ratione habitâ narrationum, in Actis Apostolorum obviarum, de Paulo ad Christum converso. Non adeo fidem earum historicam in dubium vocarunt aut oppugnarunt, verum potius contra disertam, me quidem iudice, scriptoris mentem, eas ita explicuerunt ut nihil, nisi quod secundum leges psychologicas et naturales locum habere potuerit, nobis enarrare voluerit Lucas. Iisdem fere singuli usi sunt argumentis ad refellendam sententiam *Pauli conversionem miraculo esse effectam, et Jesum Messiam coelitus ei vere apparuisse atque cum eo fuisse collocutum*. Nonnullos tantum audiamus!

Quam viam monstraverat Vitringa l. l. in eâ ulterius progressus est C. F. Ammon<sup>1)</sup> cujus sententiam plenius cognoscere possumus ex iis quae scripsit pag. 17 seq.: „Haeserat adhuc (ait) altâ mente reposita Stephani mortem generosissimam obeuntis memoria, quum literis summi sacerdotis munitus, ad extirpandos Christi discipulos Damascum peteret. Sed equitem peditemve comitari solet atra cura, neque Saulus antea ad conscientiae vocem ita occalluisse putandus est, ut in itinere omnem animi affectuum imperio enervati inquietudinem evitare potuisset. Transibat forte cum viae sociis amoenissimam Damasci vallem, mon-

---

1) In *commentatione de repentina Sauli ad doctrinam Christi conversione*, insertâ ejus *Opusculis theol.* ad ann. 1793.



tibus peraltis ex omni parte clausam, quum circa meridiem (Act. 22 : 6) fulgur inexpectatum oculos ejus perstringeret, timidumque viatorem ad terram prosterneret. Obversabatur sine dubio Synedrii Hijsol. emissario Schechinae species et metus, cui tonitru subsequentes fragores per resonantes montes repetiti fidem facere videbantur. Quas cogitationes, quaeso, cum anxius in terram pervolveretur, prius subiisse animum putemus hisce: certe nunc poenas dabis impiae Christianorum persecutionis; Christus ipse ad Jehovahae dextram, ut vere discipuli ejus docuerunt, exaltatus tibi iudex adparet scelerum vindictam sumens; quam ut effugias, statim tibi, ubi intraveris urbem liberatus a metu, ad meliorem mentem redeundum est" &c. 1).

Eandem atque Ammonius sententiam exposuit Eichhornius 2), qui tonitru et fulmine coelitus dimisso Paulum motum fuisse dicit, atque ex illo naturae phaenomeno oriundam fuisse coecitatem, quã

1) Locus hic etiam a Winero allatus est in *Biblisches Realwörterbuch*, Tom. II. pag. 214 an. sub voce *Paulus*, Lipsiae 1848, edit. tertia.

2) Eichhornius in diario: *Allgemeine Bibliothek der biblischen Litteratur*, Tom. VI. pag. 1—12. Lipsiae 1794: „ueber die Nachricht von der Bekehrung des Apostels Paulus zum Christenthum.“ — Eichhornius tamen suam jam antea commentationem conscriptam fuisse dicit, pag. 2. annot., et haec addit: „denn dass ich von der Bekehrung's geschichte Pauli die Erklärung, welche ich in diese Abhandlung bekannt mache, schon früher musse angenommen haben, wenn ich anders consequent seyn wollte, lässt sich schon aus den Abhandlungen über die Apostelgesch. abnehmen, die ich vor vier Jahren in diese Bibliothek (Th. III. St. 381 bis 424) eingeruckt habe.“

fuit affectus, quodque omen habuit ad ipsum admonendum validissimum. Sic ille, jam oculis captus, statum calamitosum, in quo versabatur, magis magisque perpendit, cum studiis antecedentibus et suscepti itineris consilio comparat. Incidit in cogitationem se *Jesum* vidisse; jam pristinum quoque Ananiae, familiaris olim amici, usum in memoriam revocat; cujus igitur visendi cogitatione plenus, en! accidit, ut subsequente nocte in somnio sibi videretur Ananiam ad se venientem videre cujusque ope visus ei restitutus. Cujus rei, postero die ad ipsum accedentibus amicis enarratae, rumor per totam urbem increbuit, et ad Ananiam quoque pervenit. Is vero primum fraudem suspicatus, insecutâ nocte ipse somniavit revera rem ita locum habuisse, uti de eâ fama ferebatur; — omnibus igitur dubiis etiam de Pauli sinceritate remotis, postero die Paulum adiit, eum lavatione sacrâ tingit, et oculorum usum ipsi restituit <sup>1)</sup>.

---

1) Liecet hic nonnulla ex commentatione istâ adducere, quo plenius ejus mentem percipiamus. Postquam sexcenties post eum repetitam sententiam exposuerat de tonitru et fulmine pag. 4 seq. sic pergit: „Es blieb daher kein Zweifel, dass das Natur-Phänomen sich auf ihn bezogen habe, und er musste es wegen des körperlichen Uebels, das es ihm verursachte, für ein warnendes Omen, und ein kleines Uebel ansehen, das ein grösseres von ihm abwenden sollte. . . . An eine körperliche Erscheinung Jesus darf Niemand denken: wie hätte dieselbe seinen Reisegefährten unbemerkt bleiben können.

• Pag. 6 seq. „Eines natürlichen Mittels hätte sich also die Vorsehung bedient, um die Bekehrung Pauli anzufangen: wird sie nun dieselbe durch Wunder fortgesetzt und vollendet haben? Auch das

Eichhornii hanc interpretationem jam biennium ante ipsum propugnauerat J. C. R. Ecker-

nicht, wenn man nur das doppelte Gesicht, das Paulus und Ananias zu Theil geworden, natürlich zu erklären wusste (sic!!) . . . . Ein Gesicht kann nichts geben, was man nicht im Zustand seines Bewusstseyn schon gehabt, gewusst oder gekannt hat; sondern bloss etwas bereits Bekanntes wiederholen und aufs Neue ins Andenken zurückzubringen, folglich auch nie ein eine Person, die man noch nicht gesehen hat, wirklich darstellen, sonst ist es kein Gesicht mehr."

Pag. 8 seq. „Ist es bey diesen Umständen wohl noch Zweifelhaft, dass sich die Vorsehung eines natürlich entstandenen Gesichts oder Traums nur bedient haben mag, um ihre Zwecke mit Paulus zu vollenden? oder zu kühn sich den Ursprung und die Darstellung des Gesichts, das Paulus hatte, also zu denken: Entweder wusste er schon dass sein alter Bekannter, Ananias, unter den Christen zu Damaskus lebe, oder er erfuhr es nach seiner Ankunft, als er sich nach den angesehensten Personen unter den dasigen Christen erkundigte. Natürlich entstand nun der Wunsch in ihm, sich mit Ananias über das Christenthum zu unterreden, mit der geheimen Hoffnung, dass vielleicht seine Blindheit, die er (nach der damaligen Denkungs-Art) für eine Strafe seines Verfolgungs-Eifers ansehen musste, durch denselben könnte gehoben werden, da man von so vielen Heilungen unter den Christen erzählte."

Pag. 12 seq. Disputare pergit de causá Pauli cecitatis: „wahrscheinlich erzeugte sich plötzlich der schwarze staar, eine amaurosis a luce niniá, sive species Anaesthetica."

Pag. 16 seq. „Ein natürlicher Gang seiner Wiederherstellung lässt sich auf mehr als eine Weise denken. 1) Den Schwarzen Staar kann frigus actuale heben: wie wenn Ananias mit sehr kalten Händen (sey es dass sie von Natur oder durch die Jahreszeit so kalt gewesen) das Handauflegen verrichtet, und dabey die Stirne über beyden Augen berührt hätte? 2) Oder wie durch eine heftige Freude über die unvermuthete Ankunft des Ananias, der sich bisher geweigert hatte, den Kranken zu besuchen, scheint die ganze Erzählung zu führen. 3) Oder wie wenn Paulus bisher in einem dunkeln Zimmer gelegen hätte, und als er sich sollte taufen lassen, plötzlich aus demselben in das hellste Sonnen- oder Mittag-Licht geträten wäre? — Zwar steht in der Erzählung des Lukas die Wiederherstellung des Gesichts vor der Taufe; aber hat er wohl so sorgfältig geschrieben, dass er die

mannus<sup>1)</sup>, quamquam non ex professo narrationes hasce ex naturae legibus interpretatus erat, neque earum fidem historicam impugnaverit, verum universe tantum egerat de modo, quo Deus sese patefecit et Apostolos vocavit, non *immediato* illo, sed *mediato* q. d.<sup>2)</sup>.

---

historisch genaueste Stellung seiner Ideen beobachtete? hat er nicht vielmehr ein *ὅσπερ πρότερον* in der Stellung seiner Sätze begangen wie Apost. Ges. 5:13? hat er überhaupt auf eine Zeit gerechnet, wo auf eine solche Accuratesse der darstellung etwas ankommen würde? 4) Oder wie wenn der wenige Genuss der Speisen, das dreytägige Fasten, die Wiederherstellung des Pauli vortheilhaft gewesen wäre: denn *dieta maera* wird auch unter die mittel gegen den schwarzen staar gerechnet (Plouquet, *initia biblioth. med. pract. et chirurg.* T. 1. p. 102)? Oder 5) wie wenn alle diese Umstände oder doch mehrere derselben zusammengewirkt hätten? — Wenigstens werden diese Bemerkungen hinreichen, die Möglichkeit einer natürlichen Genesung zu zeigen. Und mehr als dieses braucht ein Ausleger in solchen Fällen nicht zu leisten, über die es ohnehin nie eine demonstrative Gewissheit geben kann."

1) J. C. R. Eckermann in *diario: theologische Beyträge*, Tom. II. part. 1. pag. 1-59. Altonae 1792: *über die Berufung des Ap. Paulus und über den göttlichen Beruf der Apostel überhaupt, zu 1 Kor. I:1.*

2) Unum tantum hic adducamus locum, e quo totius fere disputationis vim cognitam habebimus. Invenitur pag. 8 seq. „Überhaupt kann und musste die Frage: ob in irgend einem gegebenen Falle eine *unmittelbare, übernatürliche, wundervolle* Wirkung Gottes anzunehmen sey, nicht aus der Bibel, sondern aus der Natur der Sache, und aus allgemeinen Grundsätzen der gesunden Vernunft entschieden werden. Die Bibel *widerspricht* der Bejahung einer solchen Frage nicht; sie *entscheidet* aber auch nicht für die Bejahung derselben. Denn es ist bekannt, dass die frommen Verfasser der biblischen Bücher alles ohne unterschied, was sie als ein Werk der göttlichen Regierung oder Zulassung betrachtet wissen wollen, Gott so zuschreiben, dass sie weder mittelbare und ordentliche Regierung Gottes von unmittelbarer, oder wenigstens unbekante Mittel gebrau-

Ammonii et Eichhornii vestigiis institerunt Schulzius et Boehmius<sup>1)</sup> quas oppugnavit Haselarius in peculiari disputatione, ad finem partis primae dissertationis additâ<sup>2)</sup> et inscriptâ: *de usu collationis institutae ad veritatem historiae judicandam*, pag. 62-78. — Perspicue sane indicavit adversarios „conjecturas incertas novis adeo conjecturis incertis ornasse, ut qualicumque modo sibi constarent, et propositum suum assequerentur universam Religionis Christianae historiam explicandi ad eam normam, quae est praescriptio naturae;” sepositis enim praeconceptis opinionibus, fatendum esse dixit secundum Lucae mentem „repentinam illam Pauli ad sacra Christiana conversionem non solum insolitâ sed omnino mirificâ vi, quae leges naturae plane excessit, esse effectam.” Rite animadvertit fidem historicam eâ de causâ ab adversariis reli-

---

chender, und ausserordentlicher Regierung; noch selbst blosser Zulassung und eigentliche Regierung unterscheiden. Sie beschreiben nicht nur die erste Entstehung der Welt, und aller Wesen die zu derselben gehören; sondern auch die Entstehung jedes Dinges in der Welt, welches nach den ewigen Gesetzen, die der Schöpfer gab, durch die den erschaffenen Wesen anerschaffenen Kräfte hervorgebracht wird, mit einerley Worten als eine Wirkung des allmächtigen göttlichen Willens.”

1) Schulze, *die Bekehrungsgeschichte Pauli psychologisch erläutert*, in J. H. Heinrichs, *Beytr. zur Beförderung der theologischen Wissenschaft*, Tom. I. part. 2. pag. 47-68. 1805; et C. F. Boehme in *Præparations ad editionem Epist. ad Rom. cum commentario perpetuo*, pag. 30. Lipsiae 1806.

2) A. G. Haselaar *diss. exeg. de nonnullis Act. Apost. et epist. Paul. ad historiam Pauli pertinentibus locis*. Lugd. Bat. 1806.

gionis Christianae temere in dubium vocatam fuisse, „quod in ea referenda ipse sibi non constare videtur scriptor,” plane prouti hodieque fieri solet a Tubingensibus, uti postea videbimus. Contra ea inprimis, quae disputavit Ammonius, ita ratiocinari pergit Haselarius pag. 71 seq. „Equidem contendere ausim, si quid Paulus hac tempestate, tanquam singulari admonitione divinâ sibi significatum, ultro opinatus sit, nequaquam eum in hanc cogitationem descensurum fuisse, Jesum adesse, quem adeo tanquam causae suae vindicem venerari ipsum oporteret, sed potius in illam, vehementem illud Religionis Mosaicae propugnandae, et novorum sacrorum destruendorum studium omninoque pia ipsius molimina Deo maximopere placere” 1).

---

1) Eandem fere animadversionem invenimus apud Lyttletonium (*On the conversion of St. Paul*. Egregia sane commentatio, multis nominibus commendanda! Rite de eâ scripsit Lyttletonii pater „the style is fine and clear, the arguments close, cogent and irresistible.” — Primo typis mandata est anno 1747; editio postrema, nisi fallor, habetur in libro: *Christian Literature, Evidences, with prefatory memoirs by the Rev. J. Memes, L. L. D.* Edinburgiae apud A. & C. Black. — Germanice est translata a H. J. v. Hahn, Hannov. 1772), pag. 484, haec scribentem: „The power of imagination in enthusiastical minds, is no doubt very strong, but it always acts in conformity to the opinions imprinted on it at the time of its working, and can no more act against them than a rapid river can carry a boat against the current of its own stream. Now nothing can be more certain than that when Saul set out for Damascus with an authority from the chief priests, to bring the Christians which were there bound to Jerusalem (Act. IX:2), an

Eodem anno, quo Haselarius suam edidit dissertationem, argumentum hoc pertractavit Greilingius<sup>1)</sup>. Ex ipsa jam titulo apparet quomodo rem explicaverit auctor. Continuo provocat ad tonitru et fulgur, quibus perterritus esset Apostolus. Christi vocem non nisi cogitationes, quas secum volvebat quasque tanquam vocem distincte elatam sibi audire videbatur, significare statuit; Paulo adeo vindicantur cogitationes excelsissimae de Jesu ejusque religione, quales diu demum postea fovit. Paulum vere oculorum usu fuisse privatum diserte negat, quapropter evanescat etiam necesse est sanatio ejus ab Anania. — Porro, Greilingio iudice, sensim sensimque in Paulo mentis mutatio praeparata fuerat; licet enim Pharisaeorum sectae adscriptus fuerit, vel sic tamen veri nominis Pharisaeus non fuit, neque ex intimâ animi mentisque persuasione severiori illi fanaticismo

---

authority solicited by himself and granted to him at his own earnest desire, his mind was strongly possessed against Christ and his followers. To give those opinions a more active force, his passions at that time concurred, being inflamed in the highest degree by the irritating consciousness of his past conduct towards them; the pride of supporting a part he had voluntarily engaged in, and the credit he found it had procured him among the chief priests and rulers whose commission he bore."

1) In Henkii *Museum für Religionswissenschaft*, Tom. III. pag. 226 seq. Magdeburgae 1806, disquisitione, cui titulus: „*Historisch psychologischer Versuch über den plötzlichen Uebergang des Apostels Paulus von Pharisäismus zum Christianismus.*“

addictus, verum a sodalibus tantum eo abreptus. Accesserunt itineris sui sociorum intercessiones et preces in gratiam fratrum Christianorum, qui vel in Galilaeâ vel Damasci versabantur; porro modus, quo Stephanus mortem subierat, maximam sane habuit in Paulo vim; accedit quod eorum, quae eum docuisset s. Nicodemus s. Josephus ex Arimatheâ de religione Christianâ, Mosaicae longe anteponendâ, nondum oblitus erat. Et si vel haec omnia perverse monita fuerint, tamen ex Lucae narratione non nisi quae Paulo *videbantur*, non autem quae *revera locum habuerunt*, colligere possumus <sup>1)</sup>.

---

1) „Nur eine grammatische historische Auslegung kann der Psychologie (sic inchoatur) die Probleme zur Entwicklung und Erklärung vorlegen, und in sofern ist die grammatische Anlegung von allen psychologischen Principien unabhängig. Wollte man aber noch vor der historischen Bestimmung einer Thatsache, psychologische Reflexionen und Urtheile einmischen, so würde die thatsache nur entstelt, und so bestimmt werden, wie es für die nachfolgende psychologische Ansicht leicht und bequem wäre. Man entdeckt dann, was man wunschte, findet, was man suchte, und gerade so, wie man es begehrte.“ His verbis, quantopere dictis, sibi ipse repugnat, ut enique in oculos occurrit disquisitionem hancee legenti; ita liceat hic inde nonnullos depromere locos ut sententiam nostram ratam faciamus, p. 231 legimus: „Das Licht und die darauf folgende stimme deuten deutlich genug den Blitz und Donner bey heiteren Himmel an, und so misstrauisch man sonst auch gegen dergleichen Erklärungen seyn mag, indem Exegeten und Romanschreiber ohne Blitz und Donner sich öfters nicht zu helfen wissen so ist doch dieses Meteor hier ausser Zweifel. — Was Paulus zu hören glaubt, sind seine eigenen gedanken, so wie es uns allen öfters widerfährt, dass wir Vorstellungen, die in uns sehr lebhaft sind, ausser uns zu vernehmen wähnen. Eine nicht ungewöhnliche psychologische Täuschung.“ —



## Psychologicam hanc interpretationem oppugnans,

Nunc hasce cogitationes secum Paulus in animo volvit: „Wie P. wenn ihm bey seinem Nachdenken über Christus und Christenthum die moralische Hoheit des erstern, „der gehorham war bis zum Tode am Kreuze,“ und die moralische Tendenz des andern, folglich der Vorzug des Christenthums, die Realität derselben im Vergleich mit der *συνα* des Judenthums; wenn ihm jetzt der christliche Universalismus im Vergleich mit dem Jüdischen Particularismus — Paulus eigenthümliche Lieblingsidee — erschienen, wenn Gamaliels maxime Apg. 5:38 unterweges ihm ins Andenken gekommen wären; wenn er sich selbst gefragt hätte: was willst du denn eigentlich?“ . . . . Quasi fanaticissimus iste paternae religionis vindex *ἔτι ἐμπνεύου ἀπειλῆς καὶ φόβου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ κυρίου* hujusmodi potuit fovere cogitationes excelsissimas de Christo et re Christiana sibi infestissimis! — pag. 233 sic procedit: „Paulus kannte den fromme Ananias, sehnte sich, wie das Folgende zeigt, nach ihm. — Es ist unbegreiflich, wie man den Apostel Paulus hier blind machen konnte, wo doch Jeder *ἀνεργημένοις ὀφθαλμοῖς* die Sache ganz anders sehen musste, . . . . pag. 240 seq. Wir müssen aber über die obige hist. Entwickelung hinausgehen, und Muthmassungen zu Hülfe nehmen, zufrieden, wenn sie möglich und wahrscheinlich sind: . . . der Pharisäismus, der wahre kontrast der Christianismus musste im Stillen die Empfänglichkeit für den Christianismus vorbereiten, und die sektirische bis zum Fanatismus sich verstärkende Verblendung musste den Sieg der nach Freyheit strebenden Vernunft nur beschleunigen und verhehrlichen. So sehr Paulus sich in der Praxis sich als echten Pharisäer zeigte, so glaube ich doch dass seine Theorie bey weitem über den engen Pharisäismus hinausging, und seine wüthende Handlungsweise, nur von dem esprit de corps geleitet, nichts als seine gewaltige, irregeleitete Willenskraft verräth. pag. 244 seq. „Wenn wir uns Paulus als einen denkenden Mann vorstellen, der auf seiner Reise nach Damaskus, über sein Vorhaben nachdenkt, der als Mensch verabscheuet, was er als Pharisäer that; wie dann ferner ein Kampf des Menschen mit dem Pharisäer, des gesunden Verstandes und Herzens mit der Verschrobenheit der Schule entsteht; wenn er vielleicht durch seine Begleiter, die ja wohl christliche Freunde in Galiläa hinter sich, oder in Damaskus von sich haben konnten, über die Rechtmässigkeit seines bekannten Eifers zur Rede gesetzt wurde, und ihm nun Gamaliels Maxime ins Andenken

recte dubitavit Bretschneider (mox laudandus)

kam: so konnte ihre Wirkung nicht geringe seyn. . . . Wenn ihm von der moralischen Hoheit Jesu, von seinen Ideen des Himmelreichs, von der moralischen Tendenz seiner lehre im Gegensatz der Jüdischen Werk- und Sabbaths-heiligkeit durch einen Nikodemus der auch Pharisäer war, oder durch einen Joseph von Arimatea, oder andere ihres Gleichen etwas zu ohren kam, (und wer mag die Möglichkeit, die Wahrscheinlichkeit läugnen?) wie ganz anders musste er dann denken?" — Pag. 247. „Das fromme, zum Himmel erhabene Auge des Stephanus, sein das Ende seines Herrn nachahmender Tod konnte unserm Paulus nicht entgehen. Er musste von ihm bekennen: er starb so freudig, wie ein ächte Israelite!" pag. 250 seqq. „Hätte er über dieses von den Trauden des Gekreuzigten bessere Einsichten von dem Wesen und dem Zwecke des Christianismus auf seine Durchreise durch Galiläa erhalten, so wäre seine Umstimmung vollends leicht zu begreifen. . . . Das Wunderbare und Wirksame liegt nicht in dem blitzenden Lichte, sondern darin, dass es ihm gerade jetzt bey dem innigen Andenken an Jesum, jetzt wo der muth ohnehin schon gesunken ist, in die Angen blitzt." — pag. 244 seq. „Blicken wir nun in die Seele des Ananias, so war sein Gemüthszustand folgenden: das Gerücht sagte: es sey dem Sauls etwas Ausserordentlich begegnet, und er sey nahe daran, selbst ein Christ zu werden! die erste Empfindung war ein frohes Gottlob! dass er und die Christen einen Feind, und zwar einen solchen weniger hätten. — Aber denkt Ananias vs. 13, 14 der Mann und seine Feindschaft gegen uns die *αγίους* ist bekannt; er hat sogar Vollmachten mitgebracht. . . . Darf ich auch trauen?" — pag. 260 seq. „Dass Paulus selbst diese mit ihm vorgegangene Veränderung als etwas durch übernatürliche Ursachen Bewirktes ansah, lässt sich nicht läugnen. Allein diese Ansicht selbst ist keine *αποκαλύψις κυρίου* sondern sein eigenes Urtheil. — War denn Paulus Seelennaturkündiger? Ein grosser praktischer Menschenkenner war er, aber nicht Naturphilosoph. Warum wollen wir ihn in spekulativen Dingen über sein Zeitalter erheben? Ueberdiess hatte diese psychologische Fanatismus dieselbe heilsame psychologische Wirkung, welche die Gifte unter den Bedingungen der Kunst auf den Organismus unseres Körpers äusseren, er war therapeutisch, und heilte unseren Apostel von jenem argen religiösen, besser: superstitiösen Fanatismus. Und

utrum Paulus cogitare potuerit Jesum vel in fulgure adesse vel in tonitru loqui; — id temporis enim Jesu in vitam revocationem infitias ivit, quomodo igitur pseudomessiam in fulgure adesse putaverit? Paulus Pharisaeus erat, atque adeo secundum Pharisaeorum placita animas defunctorum in orco inclusas sibi informabat; sane *secundum leges psychologicas* sive Deum omnino, sive angelum, in fulgure se videre credere potuit, minime vero hominem, qui fato erat functus; fortasse sibi persuadere potuerit fanaticam suam agendi rationem Deo displicere, nequaquam vero se Jesum vidisse cumque verum esse Messiam.

De Pauli conversione egit porro Lardnerus, qui tamen non multa contulit ad refellenda adversariorum argumenta <sup>1)</sup>.

---

wenn auch dieses Alles nicht wäre, so ist diese Ansicht Pauli doch nur sein Urtheil, sein *sic mihi videtur*."

1) N. Lardner, *Works in five volumes*, Londini 1815, forma quartâ, tom. III, e quibus liceat unam hic communicare animadversionem, pag. 257 obviam, «But prejudices are very strong in some. They were so in this young man. Persuaded of the divine original of the law and of the importance of the traditions of the elders, in which he had been lately instructed, and which he had received and held as a most valuable branch of science, he had a sovereign contempt for this new sect, and was of opinion, that nothing could be said by them which deserved consideration. Such were his prejudices that they were not to be overcome in the ordinary way. Without something more than common to awaken his attention, he was in danger to have proceeded much further in the wrong course which he was in. But though Paul was greatly prejudiced he was not obstinate. The Lord Jesus saw this; he knew Paul to be tractable, and open to convic-

Harum narrationum interpretandi rationem propugnavit item *K u i n o e l i u s*<sup>1)</sup>, qui perspicue sane et dilucide sententiam suam exposuit, dignissimam, quae a nobis attendatur: „res omnis (inquit, pag. 332 seq.) mihi hunc in modum explicanda videtur: Paulus Pharisaeus, strenuus religionis avitae defensor Act. 22 : 3; 26 : 5. de doctrina Christi audiverat, quam tamen, cum Judaeorum magistri eam elevarent et calumniando detorquerent, tamquam falsam et perniciosam detestabatur. Messiam ipse quidem avidè expectabat, sed terrenum, nec adeo Jesum, qui in crucem actus esset, quem Judaeorum magistri impostorem et religionis avitae corruptorem dicerent, pro Messia habebat. Persequebatur ergo ejus asseclas, ratus se Dei causam agere, pietatique in Deum satisfacere. Attamen non plane oblitus erat admonitionum Gamalielis, quo praeceptore usus erat, qui in aliorum religione dijudicanda insigni praeditus temperantia, eandem quoque aliis commendabat v. 5 : 34. — Stephani praeterea aliorumque christianorum plurium ab ipso crudeliter tractatorum v. 7 : 57; 22 : 4, 19; 26 : 10. constantia et laeta Jesu Christi professio, ut et ea quae ex iis de Jesu

---

tion; otherwise he would not have met him in the way to Damascus as he did; nor would he have called to him „Saul, Saul, why persecutest thou me?“ but he well knew that those words, together with the glory of the appearance surrounding him, would change his heart and melt him down to ready obedience.“

1) *Comment. in lib. N. T. hist.* Lipsiae 1827. ed. secunda.

ejusque doctrina audiverat, contraria illis quae magistri Judaici ei tradiderant, tantam vim in animum ejus habuerant, ut de causae suae bonitate dubitare occiperet; sed vanae gloriae cupiditate ductus, et ne sui dissimilis ac sodalibus frigidior Pharisaeorum sectae assecla, et lenior quam antea fuisset doctrinae eorum defensor videretur, vim veritatis opprimebat, usque dum visione illa in itinere Damascum suscepto eo redigeretur, ut ad Christi signa se conferret, et, ut in hominibus maxime fervidioris ingenii evenire solet, eodem animi ardore Pharisaeorum dogmata repente rejiceret et damnaret, quo ea antea amplexus erat. Cum ergo Damascum proficisceretur ad capiendos et vexandos ibi christianos, ut sectae suae studium sodalibus probaret, et in via de negotio suo cogitaret, recordabatur eorum quae ex christianis de Jesu ejusque doctrina audiverat, eum in vitam rediisse, ad dextram Dei sedere, et judicem rediturum esse, recordabatur admonitionum Gamalielis, cum aliis e Judaeorum primoribus moderatius sentientibus persecutionem christianorum improbantis, et dubitabant an laudabili negotio incumberet; quid? cogitabat, si vera essent quae cultores Jesu de eo profitentur? crederem, si mihi appareret. Haec dum animo volvit, ex improvise, circa meridiem v. 26 : 13. coelo paulo ante sereno, tempestas oritur cum tonitru conjuncta, eoque horribilior, quod vallis Damasci montibus peraltis clausa

est. Circumfulget eum subito fulmen coelitus delapsum, et vivida imaginatione praeditus Jesum, naturam coelestem, videre sibi videtur. Terrore percussus, ad terram prolabitur, et haec secum cogitat: estne hic Jesus, cujus cultores ego hactenus persecutus sum? utique ille est; minatur mihi familiam ejus insectanti; ad meliorem frugem mihi est redeundum; Damascum proficiscar, et quid facto opus sit ibi circumspiciam. Haec cum Paulus inter crebra tonitrua animo volveret, illa ipsa tonitrua putabat esse vocem Jesu minantis, accusantis, admonentis, excitantis; hinc et postea rem enarrans aliis, cogitationes suas tanquam colloquium inter ipsum et Jesum habitum referebat. Cum Paulus de terra surrexisset, neminem videbat v. 8. acies oculorum ipsius fulminis ictu praestricta et occaecata erat. Pauli comites neminem viderant v. 7. nec fulmina iis prodigiosa fuerant 22: 9. vid. Joh. 12: 19 „siquidem,” ut Heinrichsius statuit, „illi rudiores forsitan, servi, lictores non eadem prava conscientia agitari poterant, quam Saulus doctior, acriorique phantasia commotus. Nam etiamsi et hi mala inferre statuerant Christianis hominibus, non nisi ministerium suum adhibebant Saulo domino.” Sed non necesse est, ut statuatur, hos viros, qui Pauli comitarentur, ei a Synedrio Hierosolymitano cum in finem datos esse, ut christiani Damasceni vincti ab iis Hierosolymam deducerentur. Probabilius est, Paulum, ut a latro-

num et sicariorum impetu tutus esset, in societate cum aliis iter ingressum esse et comites ipsius, consilium itineris ab eo suscepti ignorasse vid. ad v. 13."

Non est, quod aliquid dicam de sententiâ Bardthii, Venturinii et Brenneckii, *Jesum nempe specie tantum mortem subisse, et post reditum in vitam (ut ferebatur!) in occultis latuisse et Apostolo Damascum proficiscenti ex improvise se spectandum prae buisse, ut a fanaticis ejus persequendi studiis eum revocaret*, quam recte Meyerus (*Comm. über die Apostelges.*, pag. 134) non nisi inanes ineptias continentem ad partes vocavit.

Longe aliam eamque ingeniosissimam sententiam proposuit Bretschneiderus<sup>1)</sup>, qui hanc rem eandem habet atque *παράστασις* illam, cujus ipse Apostolus mentionem injecit in 2 Epist. ad Cor. 12: 1-7. Quem virum doctum si audias, Paulus in itinere Damasceno obdormivit, et somniavit se, in Paradisum evectum, Jesum vidisse, quem in Orco versari sibi adhuc persuasum erat. Non potuit non, quin sententia ejus de Jesu hanc ob rem commutationem subierit. Omnes ab eo inde tempore ipsi evanescent dubitationes; ex intimo corde sibi persuasum habet Jesum e mortuis revocatum atque ad coelestes sedes esse evectum, verumque adeo

1) In libro, *Handbuch der Dogmatik der Evang. Luth. Kirche*, Edit. 4. Tom. I. pag. 325 seq. Lipsiae 1835.

esse Messiam. Ipsius, haec secum volventis, animo mentique obversatur istud — τί με διώκεις; dum haec *ὄπτασία* locum habebat, en! non magno spatio ab ipso remotum fulgur prorsus inopinato de coelo emicuit, quod quidem, secundum Judaeorum id temporis cogitandi rationem, sibi evenisse putabat ad veritatem hujus *ὄπτασίας* stabiliendam et omnino vim addendam accusationi isti: τί με διώκεις; Versabatur adeo in conditione intermediâ inter vigilantem et obdormientem, ut ipse postea dubitaverit utrum somniasset, ane vero aliquid *revera* vidisset, uti semisopitus solet. Neque adeo peracto quatuordecim annorum spatio ullo modo sibi conscius fuit, an id temporis *ἐν σώματι*, an vero *ἔκτος τοῦ σώματος*, versatus fuerit. Animo prorsus mutato Damascus adiit, ibique, quae jam antea inchoata erant, ad finem feliciter perduxit Ananias.

Huic sententiae, secundâ jam sui operis editione an. 1823 propositae, calculum adjecit Emmerlingius in ejus *epistola Pauli ad Corinthios*, Lipsiae 1823; repulsam vero illa tulit in diario „*Neue theol. Annalen* Nov. 1813, argumentis maxime e chronologiâ ductis <sup>1)</sup>).

1) Cf. et Neander, *Pflanz. und Leit.* Tom. I. pag. 149 seq. annot. „Die Ansicht (inquit), dass die vision, von welcher die Bekehrung des Paulus ausging, die von ihm selbst 2 Korinth. 12:2 bezeichnete sei, welche in neueren Zeit wieder von manchen ausgezeichneten Theologen vorgetragen worden, hat doch Alles gegen sich. Hier bezeichnet Paulus eine Erhebung im Geiste zu einer höhern Region der Geisterwelt; bei dem, was die Bekehrung desselben veranlasste,



Naturalem q. d. et psychologicam Paulinae mentis commutationis interpretationem nostris temporibus tuitus est Winerus<sup>1)</sup>; quod cum Tholuckio jure miramur, quandoquidem vir summus aperte negat, Pauli animum pedetentim esse praeparatum ad religionem Christianam amplectendam, quae tamen animi praeparatio in naturali q. d. istâ interpretatione, me quidem judice, omnino cardo rei est. — Nullum apud ipsum invenimus novum argumentum, perspicue tantum et dilucide adhibuit ea, quae ante eum alii jam attulerant<sup>2)</sup>.

wird eine Offenbarung des herabgekommenen Christus für ihn, der sich bewusst war auf Erden zu leben, bezeichnet. Der Eindruck dieser Erscheinung war für ihn zuerst etwas Niederschlagendes; jenes geistige Ereignis war mit einer ausserordentlichen Geisteserhebung verbunden. Von der ersteren ging des Beginnen seines christlichen Bewusstseins aus; die zweite bezeichnet einen der höchsten innern Lebensmomente bei dem, der schon seit längerer Zeit in der Gemeinschaft mit Christus lebte, der unter den mannichfachen Kämpfen, welche er zu bestehen hatte, durch ein solchen Vorgefühl des himmlischen Daseins erquickt und für seine irdischen Mühen neu belebt werden sollte. Von der hier erwähnten Bestimmung der vierzehn Jahre ist kein anderer chronologischen Gebrauch zu machen, als dass man nur gewiss die Zeitbestimmung für die Bekehrung des Paulus als falsch betrachten müsste, nach welcher er dies gerade vierzehn Jahre später geschrieben haben sollte."

1) *Real. Wörterbuch* edit. 3. Lipsiae 1848. Tom. II. p. 214 seq. sub voce „Paulus."

2) „Man hat das Ereignis psychologisch (ait Tom. I. pag. 214) erklärt. Blitze (στῆς ἐπὶ τ. ἀβραῶν) mit Donner, bes. plötzliche und heftige, galten den Alten für ominös. Es konnte also nicht fehlen, dass Paulus, der eben ein wichtiges Vorhaben aufführen wollte, durch einen unerwarteten Blitz, der vielleicht in unmittelbarer Nähe herabfuhr, so am Ziele seiner Reise heftig erschüttert, und durch die Worte, die ihn seine exaltirte Einbildungskraft hören liess, zu ern-

Narrationem hanc de qua agimus, quamvis brevi, egregie tamen vindicavit Tholuckius<sup>1)</sup>. Cum

ster Prüfung seines Benchmens aufgefordert werden musste. Schon früher mochte er zuweilen, die Standhaftigkeit seiner christlichen Schlachtopfer beobachtend, über die Ursachen dieser Erscheinung nachgedacht haben und, der weisen Mässigung seines berühmten Lehrers (Act. 5:34) eingedenk, in seiner Handlungsweise auf Augenblicke irre geworden sein. Aber sein Geist war zu stürmisch, zu jugendlich-heftig, sein Glaube zu fest, als dass er dergleichen Gedanken hätte festhalten und verfolgen sollen. Charaktere, wie der des Paulus, wollen eben so kräftig nach aussen afficirt sein, wie sie selbst nach aussen wirken; solch ein heftige Anregung kam den Paulus in einem der entscheidendsten Lebensmomente. Mit einem Male drängen sich ihm die Gedanken, die in den Hintergrund des Gemüths getreten waren, lebhaft wieder auf, seine leicht bewegliche Phantasie lässt ihn die Gestalt Jesu sehen und dessen Stimme vernehmen, (Niedner, *K. Gesch.* S. 99), und der auf Tage geblendete hat Zeit und Aufforderung zu einem anhaltenden, tiefen, vielseitigen Einkehren in sich selbst, zu einer Selbstberathung über seine Handlungsweise und die dabei leitenden Maximen Act. 9:9. Ananias blieb bei dieser Krisis nicht unthätig, und das Resultat war ein Ueberspringen des Paulus zum andern Extrem, ein feuriges Ergreifen der neuen Lehre, ein, jede Rücksicht verschmähendes, nur Gott und Gottes Willen im Auge habendes Wirken für die Sache des Christenthums, wie früher gegen dieselbe. — Indess, wenn man die Lebhaftigkeit des oriental. Charakters auf der einen und die in der Seele des Paulus zugestandenermassen vorhandene Disposition auf der andern Seite gebührend erwägt, dürfte es nicht nöthig sein, eine übernatürliche Offenbarung zu Hilfe zu rufen. Der aus der Erzählung 9:7 entlehnte Grund aber, wodurch man sich zur Annahme einer persönlichen Erscheinung Jesu gedungen glaubte, schwindet in der andern Relation 22:9 und Neander hat sich nicht einmal darüber erklärt, was man als äusserliche Erscheinung sich eigentlich denken solle.

1) In libro, *Vermischte Schriften*, Tom. II. p. 287-292 commentatione inscriptâ „Einleitende Bemerkungen in das Studium der paulinischen Briefe, die Lebensumstände, den Charakter und die Sprache des Apostels betreffend.“

Neandro et Olshausenio fatetur, fieri *posse* ut recte se habeat rationalistarum interpretatio, probat autem eam longe a veritate distare. Provoquant enim ad mitiores Gamalielis praeceptoris admonitiones, quas in itinere Damasceno Paulus recordatus fuerit; sed jure animadvertit vir clarissimus, Paulum a primâ inde adolescentiâ Gamalielium magistrum fuisse nactum; nisi igitur ab initio inde magistro morem gessisset et a fanaticâ ejus indole revocatus esset, vix credi posse, unam mitioris agendi rationis, qua magister ducebatur, recordationem tantam in eum habituram fuisse vim. — Idem illud negat ratione habitâ Stephani mortis <sup>1)</sup>).

---

1) Pag. 288 ait: „Auch wir können nicht slechthin die Möglichkeit einer solchen innern Vorbereitung bei dem Apostel bestreiten, doch werden die folgende bemerkungen dazu dienen, von der Unwahrscheinlichkeit einen noch bestimmteren Eindruck zu geben.“

„Der Apostel hatte einen nicht unbedeutenden Zeitraum in der Schule des Gamaliel zugebracht — vielleicht schon vom 10<sup>ten</sup> Jahre an —; ist nun der Eindruck eines mehrjährigen Umgangs und die Auktorität eines Gamaliel nicht hinreichend gewesen, den stürmischen jungen Mann vom *Beginnen* seiner zelotischen Verfolgung der Christen zurückzuhalten, sollte die blosse *Erinnerung* an des Lehrers Mässigung stärk genug gewesen seyn, ihn von der fortsetzung seiner Verfolgungen abzuschrecken? — Man legt ein grosses Gewicht auf den Eindruck, der von der vergebenden Liebe, die sich in Stephanus Tode offenbarte, ausgehen musste; allein man crinnere sich nur, wie bei fanatischen Gemüthern auch die christlichen Tugenden ihrer Gegner gerade den entgegengesetzten Eindruck hervorbringen, ihre Demuth bringt sie auf, ihre Entsagung erscheint als Heuchelei. Wir wollen nur an Einen bestimmten geschichtlichen Beleg erinnern. Der Dominikaner Lilienstein giebt den von ihm bitter gehassten Waldensern das Zeugniß: *boni in moribus et vita, veraces in sermone, in caritate fraterna unanimes, tantum quod fides eorum sqq.* (Leger,

Restat, ut moneamus de dubitationibus, quas contra has narrationes nuperrime movit Baurus<sup>1)</sup>, cujus vestigiis, etiam hanc rem quod attinet, universe institerunt ceteri theologi Tubingenses q. d. — Primum argumentum exinde duxit, quod hae narrationes secum invicem pugnent; quam autem narrationum inter se pugnam non *forte fortuná* exstitisse, quippe variis de fontibus haustarum, verum ex uno auctoris *consilio* esse explicandam, contendit<sup>2)</sup>.

---

*Geschichte der Waldenser*, S. 502). Aber, sagt er, gerade diese Tugenden offenbaren die List des Teufels desto mehr, der die Einfältigen verblenden will, dass sie die Irrthümer der *Lehre* nicht erkennen."

1) *Paulus, d. Ap. Jesu Christi, sein Leben und Wirken, seine Briefe und seine Lehre*. Stuttg. 1845, pag. 60—89 et 104—113.

2) Baurum enim si audias, cap. IX: 7 *omnes* dicuntur vocem audivisse, ut ita res omni dubio major redderetur — «da die objectivität der Thatsache am besten dadurch bezeugt wurde" (pag. 62); cap. XXII et XXVI autem *nemo nisi Paulus* vocem audivisse dicitur, ut ita appareat *unius Pauli* causá eam esse enunciátam — «es sey dem Interesse des Apostels gemäss diese Stimme nur als eine an ihn gerichtete, ihm allein geltende, von seinen Begleitern also gar nicht gehörte darzustellen." Idem auctoris consilium exinde nobis patet, quod cap. IX Pauli socii *stetisse*, cap. autem XXII et XXVI in *terram decidisse* iidem dicantur. Ut enim nobis informaret vim, quam habuit visio illa coelestis in animos mentesque sociorum Pauli, eos in terram decidisse narravit Lucas, priori vero loco hoc non opus erat, nam per vocem *ἔστωι* vim hujus effectus in eos satis indicaverat — «und stehen bleiben mussten sie auch deswegen, weil sie bezeugen sollten, dass sie Niemand, von welchem die Stimme hätte herrühren können, gesehen haben." Ad ultimum autem discrepantiam quod attinet, sibi minus constare videtur vir cl.; «was aber endlich (ita pergit) noch die Differenz der die Bestimmung des Apostels aussprechenden Worte Jesu betrifft, so liegt doch wohl klar vor Augen, dass in der dritten Stellen zwei in der ersten Stelle unterschiedene Momente summarisch zusammengezogen worden sind, was an sich von keinen Bedeutung ist, da die an Ananias ge-

Alterum argumentum contra harum narrationum fidem historicam exinde hausit Baurus, quod ipse Paulus nos docuerit, se longe alio modo ad Christum esse conversum, quam eo, quem Lucas nobis indicavit. Ille, docente Baur o, nullam nisi *internam* Christi patefactionem in ejus *animo* agnovit, hic *externas* quasque revelationes ad partes vocavit <sup>1)</sup>).

richteten Worte Jesu eigentlich nur eine Fortsetzung seiner Unterredung mit Paulus sind, aber doch immer zugleich das freie Verfahren des Schriftstellers besonders in solchen die Hauptbegebenheit begleitenden Nebenumständen beweist."

1) De ipsâ Pauli ad Christum conversione, docente Baur o, non est quod dubitemus; hujus enim rei ipse Apostolus mentionem injectit in priori epistolâ ad Corinthios XV: 8, IX: 1 — *modus* autem, quo locum habuit, patet ex ep. ad Gal. I: 15, εὐδόκησεν ὁ θεός, ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοὶ — „dieser Ausdruck muss uns abhalten zu grosses Gewicht auf die äussere Erscheinung zu legen."

„Das Hauptmoment liegt unstreitig in der Frage: ob wir diese Erscheinung Jesu als eine äussere oder innere Thatsache anzusehen haben? Die ganze Darstellung der Apostelgeschichte legt zwar die Vorstellung einer äussern Erscheinung sehr nahe, das entscheidende Moment gegen diese Annahme bleibt aber immer die äusdruckliche Angabe des Schriftstellers, dass die Begleiter des Apostels, wenn auch einen Lichtglanz, doch wenigstens keine Person gesehen haben. Der bestimmte Ausdruck 9: 7 εἰσῆλθον — μηδένα θεωροῦντες muss hier um so mehr Gewicht haben, da sich in der That aus den drei Relationen der Apostelgeschichte nichts für eine äussere objective sichtbare Erscheinung der Person Jesu anführen lässt."

Pag. 65. „Ueber dieser subjectivität (Paulum non nisi de iis testem esse posse, quos cernere se credebatur) kunnen wir auch hier nicht hinauskommen, da nach der ausdrücklichen Angabe des Schriftstellers keiner der Begleiter des Apostels den Erschienenen Jesus sah, was bei einer objectiven äussern Erscheinung sich nicht denken liesse"... Eodem modo, subjectivo illo, explicanda est vox, quam se audisse credidit Paulus: „Glaubte einmal der Apostel, dass ihm Jesus erschienen sey, so musste er auch einen bestimmten Zweck dieser Erscheinung

Porro disputare pergit de iis, quae Damasci locum habuerunt, de visionibus nempe Paulo et Ananiae divinitus concessis; neque hae, Bauro iudice, ita acciderunt, uti nobis auctor est Lucas, sed ab eo tantum sunt excogitata, ut ejus consilio inservirent. Apud hunc enim scriptorem saepius usu venit visiones fingere, veluti e coelo datas, ut homines sibi invicem occurrentes proponat, qui adhucdum a se invicem erant remoti, vel sibi ignoti<sup>1)</sup>. Quod quidem ex ipsis illis narrationibus probatum ivit.

---

voraussetzen" u. s. w. — quae ita subjective apud apostolum locum habuerant, ea objective explicuit auctor noster et tanquam res in facto positae proposuit —: pag. 68 „Stand einmal das factum fest, dass der zum Himmel erhöhte, zu göttlicher Würde erklärte Jesus dem Apostel Paulus auf dem Wege nach Damaskus erschienen sey, so konnte sich die Tradition mit dem abstracten Gedanken einer bloß innerlichen, nur dem höhern Selbstbewusstseyn des Apostels sich darstellenden Thatsache nicht begnügen. Die innere Erscheinung musste auf irgend eine Weise auch eine äussere werden, wenn sie für die Tradition ihre volle Bedeutung und ihre concrete Wahrheit haben sollte."

1) l. l. pag. 69. „Bei unserm Schriftsteller sind Visionen auch gerade das Mittel, um entfernte und sich fremde Personen in Correspondenz mit einander zu setzen. Wie in der Bekehrungsgeschichte des Cornelius . . . . — Je schwieriger es, wie man sich leicht vorstellen konnte, für Paulus werden musste, nachdem er nach Damaskus gekommen war, bei den dortigen Christen Eingang und Vertrauen zu finden, desto weniger konnte man es sich denken, dass ihm diess ohne eine höhere ausserordentliche Veranstaltung gelungen sey; und — infestissimo Christi hosti nemo appropinquare ausus fuisset. — Hier wenn irgendwo musste also die Gottheit selbst in's Mittel treten, und das begonnene Werk vollends zum Ziele führen" . . . . pag. 73. „Es bleibt daher sogar zweifelhaft, ob Ananias wirklich in jener kritischen Periode des Lebens des Apostels Paulus in ein so nahes Verhältniss zu stehen kam, ob sein Name nicht bloß aus zufälliger Veranlassung in die Bekehrungsgeschichte des Apostels verflochten ist. In der

Quae adeo in Actis Apostolorum de Pauli conversione et vocatione habentur, omni fide historica sunt destituta et mythis adscribenda; a scriptore autem excogitata, ut causae ejus apologeticae inservirent<sup>1)</sup>.

vor dem jüdischen Volke gehaltenen Rede des Apostels wird Ananias das Prädicat eines *ἀνὴρ εὐσεβὴς κατὰ τὸν νόμον, μαρτυρούμενος ὑπὸ πάντων τῶν κατοικούντων Ἰουδαίων* (22:12) gegeben, wie leicht lässt sich nun denken, dass man gegenüber der judaisirenden, gegen den Apostel Paulus immer misstrauischen Partei ein besonderes Interesse hatte, ihn gleich anfangs mit einem Manne in Verbindung zu setzen, welcher bei dieser Partei in so gutem Rufe stand?"

1) Pag. 77: „Die Thatsache der Bekehrung und Berufung des Apostels musste für den Verfasser der Apostelgesch. nach seinem apologetischen Zweck die grösste Wichtigkeit haben.... Wie wir aus den Briefen des Apostels sehen, wurde ihm von seinem Gegnern immer wieder der Vorwurf gemacht, dass er nicht, wie die übrigen Apostel, ein Junger Jesu selbst gewesen, nicht schon von Jesu selbst während seines irdischen Lebens zum Apostel berufen worden sey. Im Gegensatz gegen einen Solchen Vorwurf und Angriff auf die apostolische Auctorität des Apostels, musste alles Gewicht auf eine Thatsache gelegt werden, durch welche auch Paulus zu Jesus in ein nicht minder unmittelbares Verhältniss zu stehen gekommen war, als das der übrigen Apostel zu Jesus war.“

Ex Pauli epistolis probatur, divinam ejus vocationem in dubium fuisse vocatum a Judaizantibus.... „Je problematischer, so betrachtet, die Hauptfrage über die apostolische Auctorität des Paulus immer noch seyn musste, desto ernstlicher musste es einem Schriftsteller, welcher eine so bestimmte apologetische Tendenz hatte, wie der Verfasser der Apostelgesch., darum zu thun seyn, seinem Apostel jede mögliche Bürgschaft zu verschaffen. Legitimirt werden aber konnte die Auctorität des Paulus nach der Beschaffenheit der Verhältnisse, unter welchen die Apostelgesch. geschrieben ist, nicht besser als durch die Auctorität des Petrus.“ Porro probatur historia de Cornelio (Act. X) esse falsa et unice ab auctore esse excogitata, ut ita Paulum ad ethnicos evangelium praedicantem vindicaret, ad ipsius Petri exemplum provocando.... „Unter der Aegide des Apostels Petrus, welcher

Contra Baurum, narrationes hasce impugnantem, Lucae fidem historicam tuiti sunt Neander, l. 1. Tom. pag. 144—145, et da Costa<sup>1)</sup>, qui egregie hanc rem pertractarunt.

Haec hactenus! Si plura hac de re traderem, partes apologeticae agenda mihi essent, quod quidem non hujus est loci. Videamus potius, *annotatione secundâ*, quid ipse Lucas narraverit de Paulo ad Christum converso.

---

selbst den ersten Heiden bekehrt hatte, sollte Paulus in seinen apostolischen Wirkungskreis unter den Heiden eintreten und die himmlische Erscheinung, auf welche er allein den Beweis zu seiner apostolischen Berufung gründen konnte, durch eine gleiche, dem Apostel Petrus gewordene Vision auf die vollgültigste Weise legitimirt werden." (pag. 84 seq.).

1) *Paulus, eene Schriftbesch.* door Mr. Isaäc da Costa, Tom. I. pag. 45—100. Lugd. Bat. 1846.



II.

ANNOTATIO

IN

LUCAE NARRATIONEM

DE

PAULO AD CHRISTUM CONVERSO.

ACT. APOST. IX: 1-30.

---

Gravissima haec de Paulo<sup>1)</sup> ad Christum converso narratio arcte cohaeret cum iis, quae supra nobis Lucas tradidit de eodem illo, qui hucusque rei christianae infestissimus fuerat hostis, et pios Jesu Christi

---

1) Non sine consilio scripsimus *de Paulo*, non *de Saulo*; facimus enim cum iis, qui statuant, duo ab initio inde habuisse nomina Apostolorum nostrum, alterum Judaicum „Saulus” ipsi a parentibus opportunitate circumcisionis datum, alterum Romanum „Paulus”, quod ius civitatis Romanae attestabatur. Cf. Neander, *Pflanzung u. Leit.* Edit. 4. Tom. I. p. 135 et 136 annot. Winer, *Bibl. Realw.* Tom. II. pag. 212 seq. sub voce *Paulus*, ubi: „Die Vermuthung liegt nahe, er habe so [Paulus] als Röm. Bürger geheissen, und man kann dagegen nicht

cultores a Stephani inde violentâ morte ubivis crudelissime persecutus fuerat. Neque tantum hîc narrata cum præcedentibus, verum etiam illa secum invicem arctissimo conjuncta sunt vinculo, quæ habentur ab initio inde hujus capituli ad finem usque sectionis 30. — Scilicet, non tantum sibi narrare proposuisse videtur auctor, quomodo ad meliorem frugem redierit Paulus, verum etiam quomodo post mentis animique mutationem benevole acceptus fuerit ab iisdem illis, in quos antea maligne saevierat, et eorum intimâ familiaritate usus fuerit μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος s. 28, — quomodo eorundem infestissimus hostis, amicus evaserit conjunctissimus, frater in Christi dilectissimus, ita ut, minantibus hostibus, se ipsi periculo exposuerint, qui tutum eum extra Hierosolymorum muros ducerent (sect. 29 et 30)!

---

einwenden (Witsii, *Meletem. Leid.* p. 47), dass dann der Name Paulus schon früher und der Name Saul auch noch später vorkommen würde. Ist es nicht bloss zufällig, dass Lucas erst 13, 9 den Apostel als Παῦλος einführt, so liegt der Grund darin, weil Paulus damals erst in öffentlicher selbständiger Wirksamkeit auftritt; Paulus aber war der Name (ein heidnischer), den der Heidenapostel in der Geschichte der Kirche trug. Auch später möchten die Juden ihm immerfort Saul nennen, als Apostel hiess er Paulus, und somit war für Lucas keine Veranlassung, den jüdischen, antiquirten Namen nochmals zu brauchen. Des Hieron. Angabe, P. habe sich nach dem von ihm bekehrten Sergius Paulus, Act. 13:7 ff. diesen Namen beigelegt, ist wohl nicht Tradition, sondern bloss Vermuthung des Kirchenvaters, daraus entstanden dass eben 13:9 der Name Paulus erstensmal vorkommt. Aber dann lag es dem Lucas doch sehr nahe, mit einem Worte diesen Ursprung des Namens zu bemerken. Vgl. Neander, S. 180.

Omnis haec narratio in quatuor commode dividi potest partes, quarum *primâ* Pauli ad Damascum iter (sect. 1-9) — *secundâ*, quid Damasci Saulum inter ac Ananiam locum habuit (sect. 10-19 partem priorem), *tertiâ* porro Saulum primum Evangelium annunciasse (sect. 19 parte posteriori ad sect. 22), *quartâ* denique fuga ejus Damasco et iter Hierosolymitanum, nobis traditur (sect. 22-30<sup>1</sup>). De singulis his videamus!

PAULI ITER DAMASCUM.

CAP. IX : 1-9.

SECT. 1 ET 2.

Ὁ δὲ Σαῦλος, ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ Φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ κυρίου, προσελθὼν τῷ ἀρχιερεῖ ἤτήσατο παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὰς εἰς Δαμασκὸν πρὸς τὰς συναγωγὰς, ὅπως εἴαν τινὰς εὐρῆ τῆς ὁδοῦ ἕντας, ἀνδράς τε καὶ γυναῖκας, δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς Ἱερουσαλὴμ.

ἔτι, *adhuc*, inde a Stephani morte; — arcte cohaeret haec sectio cum iis, quae leguntur cap. VIII s. 3 de dirâ persecutione istâ contra ecclesiae socios institutâ . . . ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ Φόνου „res-

1) Hanc distributionem suam etiam fecit de Wette, in *exeg. Handb.* Tom. I. part. 4. pag. 85. seq.

*pirans minas et caedem*”; ἐμπνέων non positum est pro simplici πνέων — uti vult Kuinoelius, assentiente de Wettio; — verum, ut recte animadvertit Meyerus, vi praepositionis ἐν significatio vocis ἐμπνέων intēditur; eaque indicare vult scriptor, Saulum extra modum saeviisse contra discipulos; cf. cap. 26 : 11. περισσῶς ἐμμυνόμενος coll. cap. 8 : 3.

μαβητὰς, hoc nomine universe appellabantur, qui Jesu Christo fidem adhibebant, donec Antiochiae Christiani sunt vocati (Act. 11:26); quae quidem appellatio ab hoc inde tempore in dies magis invaluit.

τῷ ἀρχιερεῖ, „summus sacerdos”, כהן הגדול, LXX ὁ ἱερεὺς μέγας, non nisi semel Lev. 4:3. ἀρχιερεὺς, quae vocis forma plerumque in N. T. et libris Apocryphis V. T. obtinet. Summum sacerdotem praesidem fuisse Synedrii e nonnullis locis N. T. (Matt. 26 : 57, Act. 5 : 21; 7 : 1 al.) luculenter patet; summam adeo habuit potestatem ecclesiasticam in omnes Judaeos, ne exceptis quidem extra Palaestinam degentibus (Joseph. Apion. 2:23); quam suam potestatem exercere etiam potuit contra Jesu Christi discipulos, quippe qui procul dubio ad synagogam Judaicam Damasci pertinuissent<sup>1)</sup>. Nec

1) Cf. Adolph Schliemann, *die Clementinen* u. s. w. pag. 374. „Ebenso ist aus der Stelle Act. 9:2 wahrscheinlich, dass die Christen in Damaskus zur Zeit der Bekehrung des Paulus im Zusammenhang mit den dortigen jüdischen Synagogen standen . . . . Ausser allen Zweifel wird unsere Behauptung aber durch die Stelle Act. 15:21 gesetzt; dass Moses jeden Sabbath in den Synagogen vorgelesen werde, konnte nur dann einen Grund hergeben, wenn die

est, quod dubitemus hanc potestatem tenuisse summum sacerdotem imperantibus Romanis, qui gentibus a se devictis jura ac privilegia religiosa intacta relinquere solebant. — „Tanta erat” — ita Witsius<sup>1)</sup> — „Synedrii Hierosolymitani auctoritas, ut non solum qui in vicinia terrae Israeliticae habitabant Judaei, sed Babylonii et Alexandrini statuta ejus venerarentur ac jussa capesserent; magnum illum Senatam agnoscentes pro firmissima arce totius legis oralis. Praesertim quando agebatur de crimine haereseos, et judicio capitali in falsos prophetas; quod unice huic Senatui competiisse volunt. Romani, quorum imperio cum Arabia sua universa Aretas ipse tunc suberat, permittebant etiam Synedrio<sup>2)</sup> jus prehensionis ac verberum, non in Judaeos Palaestinae tantum, sed et in alias quascunque Synagogas, quae sua sponte Synedrii jurisdictionem in re religionis agnoscerent.”

Quodsi cum Neandro<sup>3)</sup> aliisque Pauli con-

---

Judenchristen sich zu den Synagogen hielten; jedenfalls folgt also aus dieser Stelle, dass die Judenchristen damals im Zusammenhang mit den Jüdischen Synagogen standen.” (Vgl. Planck, *Geschichte des Christenthums in der Periode seiner ersten Einführung*, Band II. Göttingen 1818, S. 85 f.)

1) H. Witsius, *Melet. Leid.* pag. 22 seq.

2) De summis, quibus fruebatur Synedrium, juribus ac privilegiis eff. etiam Schliemannus l. l. pag. 401 et scriptores ibi laudati, annotationibus 59 et 60. . . . „das grosse Synedrium, bisher das höchste weltliche und geistliche Gericht der Juden, die höchste Administratur- und Legislaturbehörde des jüdischen Kirchenwesens. Cf. etiam Neander *Pflanz. u. Leit.* I. pag. 143 annot.

3) l. l. pag. 160; — quicunque hocce argumentum plenius inda-

versionem ad annum 36 post Christum natum referamus, summus sacerdos id temporis fuit Jonathanus Anani filius (Joseph. Ant. XVIII. 4, 3.), qui successit Caiaphae, ab imperatore Vitellio eodem anno munere privato.

ἐπιστολάς, literae, quibus auctoritatem acceperat, quosunque discipulos Jesu reperisset vinctos Hierosolyma abducendi; cf. LXX ad Nehem. 2: 7, 8. ubi occurrit haec vox pro אֲנָרָה. — Recte Haselarius<sup>1)</sup>: „egit ergo senatus ministrum vel legatum, publica auctoritate instructum, cujus consilia nemo non adjuvare debebat.”

εἰς Δαμασκὸν דַּמְשֶׁק, prisca Syriae urbs, sex vel octo dierum spatio ab Hierosolymis remota, ob commercium cum Tyro (Ezech. 27:18) aliisque locis celeberrima; per eam via duxit e Palaestinâ ad Asiam proximam et interiorem, unde facillime fieri potuit, ut discipuli propter persecutionem, post Stephani mortem obortam, hanc urbem fugâ petissent ibique commorati essent, cf. cap. 8:1; — neque aliquid impedit, quominus statuamus, multos Damasci incolas, qui, teste Josepho (Bel. Jud. II. 20. 2.), maximam partem Judaeis constabant<sup>2)</sup>, festo Pen-

gare velit, adeat de Wettium, *Einleitung in das N. T.* edit 5. 1848. Cap. VI. §. 118. pag. 235 seqq. scriptoresque ibi laudatos; von Baumhauer, *Disp. critico-theol. de conventu Act. XV, Traj. ad Rheu.* 1848. pag. 51 seq. al.

1) A. G. Haselaar, *Diss. exeg.* laudata, pag. 28.

2) Cf. Kuinoelius ad h. l. „quanta, ait, Judaeorum frequentia

tecostali adfuisse (Act. 2 : 9-11.) Christumque fide amplexos fuisse (Act. 2 : 41)! — Nec mirum adeo Saulum, infestissimo ardore contra fideles Christo flagrantem, ita hac de re certiolem fortasse redditum fuisse ab iis, qui quotannis Hierosolyma iter facerent festa celebrandi causâ, et propterea hanc etiam urbem adire cupiisse, ut τῆς ὁδοῦ ὄντας δεδεμένους ἀγάγη εἰς Ἱερουσαλήμ.

πρὸς τὰς συναγωγὰς, ad synagogae principes (ἀρχων τῆς συναγωγῆς, ἀρχισυναγωγός רֹאשׁ הַכְּנֶסֶת Luc. 8 : 41, 49; 13 : 14; Marc. 5 : 35, 36). Horum fuit cultum publicum ordinare ipsique, omnibus rebus ad regimen ecclesiasticum pertinentibus praepositi erant <sup>1)</sup>.

ὅπως ἐάν τις εὔρη τῆς ὁδοῦ ὄντας — quibuscunque obviam iret ad sectam illam pertinentibus. — ἡ ὁδὸς h. l. de sectâ religiosâ tropice usurpari apud omnes fere interpretes in confesso est (cf. etiam cap. 16 : 17; 18 : 25.), verum de vocabulo τῆς in diversas abeunt sententias. Heinrichsius et Kuinoelius vim demonstrativam ei addunt, ac si scripsisset Lucas ταύτης coll. Act. 22 : 4, ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξεν; sic quoque articulus demonstrative exstat

---

ibi fuerit, ex eo colligi potest, quod Joseph. B. I. 2, 25 narret sub Nerone Damascenos in sua urbe decem Judaeorum millia, quos in publicis thermis collectos forte habebant, inermes oppressisse et trucidasse."

1) Vid. Vitringa, *Archisynagogus, observatt. novis illustr.*, Francq. 1684. 4. — Winer, R. W. II. pag. 550.

Joh. 7 : 17; de Wettius et Meyerus autem pro simplice articulo accipiunt, quae posterior ratio mihi praeplacet; — viam enim notat articulus iste, per verba: τοὺς μαθητὰς τοῦ κυρίου satis superque jam definitam, uti rite monuit Meyerus; — de formulâ dicendi: ἕδοῦ εἶναι cf. Winer, *Gramm. des N. T. Sprachidioms*, Edit. 5. Lipsiae 1844. pag. 223. § 30. 5.

ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας — pulchre Calvinus ad h. l.: „Mulierum fit mentio, ut melius pateat quantum sanguinis fundendi cupidus fuerit, qui nulum sexus respectum habuit, cui etiam armati hostes in medio belli ardore parcere solent.”

ἀγάγη; — ἄγειν saepe in N. T. dicitur de iis, qui ad iudices vel in carcerem et ad supplicium ducuntur: Mat. 10:18; 27:31; Marc. 13:11; Luc. 23:32. Act. 6:12. — Cf. Haselarius l. l. pag. 31, qui nonnulla attulit loca e Graecis scriptoribus, eandem huic verbo significationem vindicantibus.

### SECT. 3.

ἐν δὲ τῷ πορεύεσθαι ἐγένετο αὐτὸν ἐγγίξαι τῇ Διαμασιῶ, ἐξαιφνης τε αὐτὸν περιήστραψεν φῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ,

ἐγένετο κ. τ. λ., haec vox saepius construitur per accusativum cum infinitivo, sicuti συνέβη, cap. 21:35; cf. cap. 4:5; Luc. 3:21. — ἐγένετο Hebr.



ἴππ), ut recte monet Haselarius pag. 32, assentiente Kuinoelio, ad verborum sententiam augendam nihil quidquam confert. Quodsi Graecorum more scribere voluisset Lucas, scripsisset fere: ὅταν δὲ πορευόμενος ἤγγιζεν. Δαμ., ἐξελίφνης κ. τ. λ.

ἐξελίφνης, *statim*, prorsus inopinato; cf. Marc. 13: 36; Luc. 9: 39.

αὐτόν, ab initio hujus narrationis ad finem sect. 6 de uno Paulo agitur. — περιήστραψεν, *circumfulsit*, praeter nostrum locum et parallelum cap. 22: 6 non nisi apud patres Graecos legitur. Verbum magis Graecum occurrit cap. 26: 13 περιλάμπειν — Accusativus αὐτόν pendet a praepositione περὶ.

Φῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, cum Tischendorfio lego ἐκ ob externam codicum auctoritatem, A. B. C. G, quamquam fieri potuerit ut librarii hocce vocabulum e cap. 22: 6 hinc transtulerint; — habet etiam magis quam ἀπὸ definitam significationem. Cap. 22: 6. haec lux magna dicitur (ἰκανὸν LXX pro כִּי Ez. 1: 24.), imo solis luci excelluisse cap. 26: 13. Non *secundum*, sed *supra* ubique valentes naturae leges locum habuisse hocce phaenomenon, quod Lucas describit, e contextu luculenter mihi patere videtur. Frustra Ammonius, Eichhornius aliique, a Kuinoelio et de Wettio laudati, ad partes vocarunt fulgur et tonitrua, ut rem explicarent et mutationis, quae in Pauli mente obtinuit, rationem darent; Φωνὴ enim sectione 4. non signi-

ficat tonitru, sed „vocem, distincte elatam” et facientem verba, quae habentur sect. 4-6. Σκούλ, Σκούλ, τί με διώκεις; κ. τ. λ. — maxime cum Hebraice locutus fuerit (cap. 26 : 14)! Neque enim tale naturae phaenomenon tam magnam citissimamque et prorsus inopinatam mutationem explicare potest, quae locum habuit apud Paulum, coecum illum zelotam, cui hoc unum in deliciis erat, ut infestissimam sectam extirparet atque hoc agens Deum ἀμέμπτως coleret; cf. Phil. 3 : 6. Act. 26 : 9<sup>1</sup>).

## SECT. 4-6.

καὶ περὶ ἐπὶ τὴν γῆν ἤκουσεν Φωνὴν λέγουσαν αὐτῷ.  
Σκούλ, Σκούλ, τί με διώκεις; εἶπεν δὲ Τίς εἶ κύριε; ὁ  
δὲ Ἐγὼ εἰμι Ἰησοῦς ὃν σὺ διώκεις. ἀλλὰ ἀνάστηθι καὶ  
εἰσελθε εἰς τὴν πόλιν, καὶ λαληθήσεται σοι, τί σε δεῖ  
ποιεῖν.

πίπτειν h. l. occurrit de iis, qui *terrefacti praecipiti lapsu prosternuntur*, vid. Joh. 18 : 6. Act. 5 : 10. Apoc. 1 : 17. — Loco parallelo cap. 26 : 14 legitur

1) Locum hunc recte interpretatus est Baurus, scribens (*Paulus der Apostel u. s. w.* pag. 67): „die bekannte in der neuern Zeit so oft wiederholte Hypothese, dass dieser Lichtglanz ein plötzlich neben dem Apostel und seine Begleiter besinnungslos zur Erde werfender Blitzstrahl gewesen sey, wollten wir, da diese blosse Hypothese ist, und nicht nur keine Andeutung im Texte für sich, sondern vielmehr den offenbaren Sinn des Schriftstellers gegen sich hat, nicht weiter in Erwägung ziehen, nur um zu mehr aber dringt sich die Frage auf, ob jener Lichtglanz nicht gleichwohl als eine objektive Erscheinung zu nehmen ist. Dem ausdrück der Erzählung nach gewiss, . . .”

καταπίπτει. — Bene animadvertit Tholuckius<sup>1)</sup>: „nachdem er auferstanden, findet er sich geblendet. Hat er nun erst liegend die Erscheinung erblickt, so muss er sie ja nothwendig auf innerliche Weise erblickt haben. Allein das Participium Aoristi πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν ἤκουσε braucht doch nicht als Zeitbestimmung gefasst zu werden, sondern kann eben so wohl die Art und Weise anzeigen, so dass das Erblicken der Gestalt und das Hören der Stimme in Verbindung mit dem Lichte das Herunterstürzen vom Rosse veranlasste.“

Σκούλ Σκούλ — Hebraicâ formâ nobis traditur hoc nomen, ut revera etiam est enunciatum διαλέκτῳ ἑβραϊδὶ cap. 26:14.; cogitanda autem est, ut cuique luculenter patet, non *proprie dicta* Hebraica lingua, antiqua illa, sed Aramæa sive Syro-Chaldaica, tunc temporis in Palaestina usitata. Similis hujus vocabuli usus occurrit sect. 17 coll. 22:13. Verbi hujus iteratio, Σκούλ Σκούλ, magnam habet compellandi vim et efficacitatem<sup>2)</sup> (*Affectvolle Verdoppelung* ut pulchre de Wettius); cf. Luc. 10:41 Μάρθα Μάρθα. Luc. 22:31 Σίμων Σίμων. Matth. 23:37 Ἱερουσαλήμ Ἱερουσαλήμ; — quam igitur habuit Dominus noster his in terris degens compellandi rationem, eâdem gaudet ad coelestes sedes evectus!

1) *Verm. Schriften* II. pag. 291.

2) Cf. J. Heringa, *Opera exeg. et herm.* a cl. H. E. Vinke edita, pag. 410.

*κύριος* εἶπεν omiserunt A. B. C. 15. 46. 49. Vulg., ab aliis testibus (43. Arm. Aeth.) non nisi *κύριος* omittitur, et apud Hilarium non nisi εἶπεν; E. 11. 27. 29. 66. habent ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν cf. cap. 19:2; quae hujus vacillationis causa fuerit, latet. Cum Meyero sane statui nequit, vocem *κύριος* analogiae causâ cap. 22:8 et cap. 26:15 a librariis esse omissam; ultimo enim hoc loco ob principum codicum (A. B. C. D.) auctoritatem omnino legenda mihi videtur haec vox. Cum Tischendorffio et Lachmanno igitur legimus ὁ δὲ Ἐγὼ κ. τ. λ. Verba σκληρὸν σοι πρὸς κέντρα λακπίξαι. Τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε. Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; καὶ ὁ κύριος πρὸς αὐτὸν. testibus Griesbachio et Tischendorffio, in nullo codice graeco scripta reperiuntur; procul dubio ab uno alterove librario hîc adscripta ex iis, quae habentur cap. 26:14 coll. cap. 22:10.

Τίς εἶ κύριε; indicant haec verba persuasum sibi habuisse Paulum, esse aliquem *ipsi incognitum*, qui cum eo est locutus, cujus vocem perspicue audivit, quique ei tanquam persona apparuit, cf. ad sect. 7. Eandem igitur hîc proponit Lucas rationem Jesum inter et Paulum, quam ipse Paulus suis in epistolis nobis ob oculos ponit. — Nusquam enim in epistolis scribit, se Jesum his in terris viventem conspexisse, licet hoc commemorandi saepius occasio adfuerit; quodsi fecisset, haud parum contulisset ad confirmandam auctoritatem ipsius

apostolicam, caeteris Jesu Apostolis nullâ parte minorem 1).

Ἐγὼ εἰμι Ἰησοῦς, post Ἰησοῦς addita est Ναζωραῖος ab A. C. E. 8. 25. Syr. Aeth. Hil. Aug. Ambr., verosimiliter ex cap. 22 : 8, ob textum e loco parallelo emendandi studium, desumpta. Non dicit Χριστός, sed Ἰησοῦς; primum Paulus intellexisset *universe de Messiâ*, quem exspectabat et ipse; Ἰησοῦς contra, ab ipsis Judæorum proceribus maledictus, dux erat eorum, in quos maximo odio flagrabat, quosque ad mortem usque persequebatur. ὃν σὺ διώκεις respicit Domini quaestionem ad finem sect. 4., ejus est repetitio. — Arcitissimum dari vinculum Christum inter et pios ejus cultores luculenter nos docuit ipse Dominus, his in terris degens (Matth. 25 ad finem Joh. 17 al.), illudque postea fusius exposuit Paulus in epistolis; propterea dici potuit Paulus *Jesum persequi*, dum non nisi ejus assecclas petebat. Tam altas radices in Pauli mente egerant haec Jesu verba, ut semper postea totus esset in evolvendo et exornando dogmate de intimâ necessitate, quae obtinet Jesum Christum inter et fidem ei habentes. — ἀλλὰ sententias sibi invicem oppositas conjungit (Winer, *Gram.* § 57. 4. pag. 520 edit. 5.); hoc loco indicat prorsus

1) De tali consensu, qui, praeter omne Lucae referentis consilium, inter eam et Paulum Apostolum in epistolis, in minimis etiam rebus obtinet cf. William Paley, *Horae Paulinae, or the truth of the Scripture history of Saint Paul evinced.*

aliam futuram esse rationem Paulum inter et Jesum, quem huc usque persecutus erat.

ἀνάστηθι spectat sect. 4 περὶ ἐπὶ τὴν γῆν. — εἰς τὴν πόλιν, quae obviam ei erat sc. Δαμασκόν (sect. 8). Tischendorfius (*etiam in editione alterâ Lipsiensi*) Lachmannus A. 15. al. legunt ὅτι κ. τ. λ. verum lectio recepta praeferenda mihi videtur, non tantum ob externam codicum auctoritatem, sed etiam quoniam difficilior est lectio; cf. Luc. 17:8 ubi etiam habetur.

## SECT. 7.

οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ εἰστήκεισαν ἐνεσί, ἀκούοντες μὲν τῆς Φωνῆς, μηδένα δὲ θεωροῦντες.

εἰστήκεισαν ἐνεσί, (secundum A. B. E. 13 al. Lachmannum et Tischendorfius; non ἐνεσί) *muti steterunt*, sive simpliciter *obmutuerunt* prae magno metu, cf. Jes. 56:10 LXX, ubi habetur ἐνεός pro Hebr. אָלֵם; — cap. 22:9 ἔμφοβοι ἐγένοντο; mihi h. l. *non premenda* videtur significatio vocis εἰστήκεισαν; hoc potissimum indicare vult auctor eos *fuisse metu percultos*, hujusque animi consternationis hanc addit causam, nempe: *quod dum vocem alicujus loquentis audiebant, neminem animadvertent.* Ex verbis igitur proxime adjectis iisque nostris verbis oppositis efficimus hanc esse eorum sententiam. Quod si ita hunc locum interpretemur, omnis evanescit difficultas, quae alioquin

his verbis inesset; ratione habitá cap. 26:14, ubi legimus, non Paulum tantum, sed et comites ejus in terram fuisse prolapsos; neque igitur cum Meyero, de Wettio et Bauro <sup>1)</sup> statuendum est utrumque locum secum invicem pugnare, neque cum Haselario, Kuinoelio et da Costa <sup>2)</sup> τοὺς συνδεδυμένους primum in terram prostratos, postea, Paulo adhuc humi jacente, surrexisse et attonitos stetisse <sup>3)</sup>.

---

1) Meyerus et de Wettius ad h. l. — Baurus, *Paulus der Apostel u. s. w.* pag. 61. Evanescent igitur etiam, quae scripsit idem Baurus de consilio, quo auctor, nostras narrationes fingens, altero loco Pauli socios in terram narrat decidisse, altero autem eos attonitos stetisse dicit; — quippe non forte fortunâ harum narrationum diversitas, immo contradictio, existit, sed ex uno auctoris consilio est explicanda — cf. pag. 63 ubi legimus: „Die Differenz des Stehenbleibens und Niederfallens der Begleiter ist gleichfalls, wie das Hören und Nichthören, ein Widerspruch, welcher sich nur auf dem Standpunkt des Schriftstellers ausgleichen lässt. Der auffallendste Beweis des gewaltigen Eindrucks, welchen die Erscheinung machte, war allerdings das Niederfallen des Apostels und seiner sämtlichen Begleiter, wenn aber der Schriftsteller diesen Eindruck in der ersten Stelle durch das starke Wort ἐβωοι bezeichnete, so ist diess ein hinlänglicher Ersatz für das Niederfallen, es passte für sie als ἐβωοι besser (?), dass die stehen blieben, als dass sie niederfielen, und stehen bleiben mussten sie auch deswegen, weil sie bezeugen sollten, dass sie Niemand, von welchem die Stimme hätte herrühren können, gesehen haben.“

2) da Costa, *Paulus, eene Schriftbeschouwing*, Tom. I. pag. 61 seq.; cf. et *Nalezing van Mr. Isaac da Costa op zijnen Paulus*, pag. 30—32, ubi contra censorem in diario *de Gids* sententiam suam tuitus est. — Haselarius in disert. I. pag. 36; vel sic tamen paulo antea scripserat: „Stendi enim notio non premenda est. Continentur hac formula, non utique de corporis, sed animi statu accipiendâ, tantummodo descriptio hominum, qui eventu inexpectato percussi et tanquam attoniti obmutescerant.“

3) Hanc sententiam, me quidem iudice, refutavit vener. Wernick

ἀκούοντες μὲν τῆς Φωνῆς, *audientes vocem*, scilicet ejus, qui cum Paulo loquebatur, non adeo vocem ipsius Pauli respondentis (uti Oecumenius, Beza, Camerarius et nuperrime da Costa<sup>1</sup>), quodsi indicare voluisset, adjici non potuisset: μηδένα δὲ θεωροῦντες; porro ipse etiam contextus huic interpretationi adversatur, nam in proxime superioribus non Pauli verba afferuntur; et ipse Lucas, si de Pauli voce id retulisset, — recte monente Kuinoelio — adjecisset pronomen αὐτοῦ. — Praeunte Vitringâ<sup>2</sup>), Elsnerus, Morus, Rosenmullerus, Heinrichsius, alii Φωνὴ de tonitru intellerunt, quam sententiam amplecti etiam videtur Kuinoelius, ubi scribit pag. 342 „equidem verba 22:9 τὴν δὲ Φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι explicanda puto: *vocem mecum loquentis*, sensum vocis *non intelligebant*, tonitru iis non erat prodigiosum, non erat vox Christi, declaratio mentis Christi.” Cum hac interpretatione arcte cohaeret explicandi ratio Ludovici Capelli, Witsii Melet. Leid. pag. 26 al.), qui nostro loco et cap. 22:9.

---

n *Bijdragen tot bevordering van Bijb. Uitlegk. verz. door B. van Willes en J. Ab Utrecht Dresselhuis*, Tom. V. pag. 338 seq.

1) Vid. *Nalezing* etc. pag. 29 seq.; quanquam antea sententiam mox recensendam vindicaverat, *Paulus*, pag. 61, Tom. I. enim ait: „En op gelijke wijze, terwijl Lucas stellig getuigt, dat zij de stem (als geluid) hoorden, ontkent Paulus alleenlijk, dat zij de stem als die des Heeren onderscheiden, — dat zij de stem, die tot hem sprak, verstonden.”

2) Comp. Vitringa in *Observ. sacr.* Lib. VI. cap. 10. §. 12.



Φωνήν de articulatâ voce interpretantur, verum ita ut altera intelligatur de *sermone*, cujus sensus et vis ab audiente *percipitur*, altera de *sermone*, quem qui eum audivit non intellexit; vid. Jes. 36 : 11; 1 Cor. 12 : 2. Huic sententiae autem, quamvis haud uno nomine aliis anteponendae, obstat, quod in eodem contextu formulae: ἀκούειν Φωνήν, duplex temere substituatur significatio. Neque Φωνή de tonitru est interpretanda; ex oppositis enim μηδένα δὲ θεωροῦντες cuique in oculos incurrit, comites istos plenos fuisse expectatione eum videndi, cujus vocem audiverant <sup>1)</sup>. Itaque cum Olshausenio, Meyero, de Wettio, et Bauro <sup>2)</sup> fatendum est, Pauli verba in oratione cap. 22:9. pugnare cum iis, quae nostro loco tradidit Lucas. — Quomodo igitur nodum, sane perquam impeditum, expediemus? Frustra quidem,

1) «φωνή ist hier (Bretschneider, *Dogm. d. Evang. Luth. Kirche*, Tom. I. pag. 321 *annot.*) eine Wörter tönende Stimme, weil hinzugesetzt wird: sie hatten aber Niemand gesehen, was voraussetzt, dass die φωνή einen Redenden zu sehen erwarten liess.»

2) Olshausen, *Biblischer Commentar u. s. w.* Tom. II. pag. 672. «Anserdem finden wir nun auch reale Abweichungen in den Erzählungen. — Nach 9:7 hörten sie zwar die Stimme, sahen aber Niemanden, nach 22:9 hörten sie nichts, sahen aber das Licht. Wie man nach dem Grundsatz, dass buchstäbliche Uebereinstimmung zwischen den verschiedenen Relationen in der H. Schrift stattfinden müsse, diese Differenz erklären will, sehe ich nicht ein.» Meyerus et de Wettius ad h.l. — Baurus l.l. pag. 60 et 62; — hanc etiam sententiam amplecti videntur Neander, *Pflanz. u. Leit*, I. p. 147 *annot.* et van Oosterzee, *Verhandeling over de waarde van de Handelingen der Apostelen*, pag. 307 seq. in oper. Soc. Hag. an. 1846.

ut mihi videtur, provocavit Meyerus<sup>1)</sup> ad varios traditionis fontes, e quibus hausisset Lucas; nam vix credi potest, unum eundemque scriptorem narrationes, ita sibi oppositas, in uno eodemque libro conjunxisse, si tam facile eas sibi invicem adaequare potuisset<sup>2)</sup>; omnium expeditior ratio videtur ut statuamus, Lucam cap. 9. narravisse res, uti *revera locum habuerunt*, et cap. 22. eum tradidisse Pauli orationem, uti *revera ab ipso est habita*, si vel non ad *verba*, ad res tamen quod attinet<sup>3)</sup>; nam plus semel procul dubio Lucas ex Pauli ore audivisset, quae olim ipsi evenissent; quodsi ulla superfuisset dubitatio de re tanti momenti, quis dubitaverit, quin amicum adisset ut ab eo hujus rei certior fieret?

1) Meyer l. l. pag. 132 an. „Die notiz 9: 7 ἀνορθως τῆς φωνῆς ist offenbar eine die Historie schon trübende Fälschung von Seiten der Tradition, welcher die eigene Relation des Apostels, wie sie 22: 9 erhalten ist, unbedenklich vorgezogen werden muss. Bei einem so ganz singulären und ausserordentlichen Factum sind dergleichen traditionelle Alterationen, welche das geistig Percipirte in die äussere Sinnensphäre versetzen, so begreiflich, dass es vielmehr auffallend wäre und bedenklich, in verschiedenen Berichten nichts Verschiedenes zu finden.“

2) Jure enim animadvertit Baurus l. l. pag. 61: „In der That wären die Differenzen, auf welche man sich nicht berufen sollte, um sie als Beispiel leichter Vereinbarkeit abweichender Erzählungen geltend zu machen, bedeutend genug um sie aus einer Verschiedenheit der tradition abzuleiten, wäre es nicht derselbe Schriftsteller bei welchem sie sich finden.“

3) Haec de re cf. Tholuckius: *Die Reden des Apostels Paulus in der Apostelgeschichte mit seinen Briefen verglichen*, in *diario Studien und Kritiken*, 1839, part. 2, pag. 305—328.

## SECT. 8 ET 9.

Ἡγέρθη δὲ ὁ Σαῦλος ἀπὸ τῆς γῆς· ἀνεργμένῳ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ οὐδέν τι ἔβλεπεν χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν, εἰσήγαγον εἰς Δαμασκόν. Καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων, καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲ ἔπιεν.

Cum Griesbachio plurimisque optimis codicibus lego οὐδέν τι, ut vulgatur, non οὐδέν, sicut in utràque editione habet Tischendorfius secundum A. B. Syr. Erp. Vulg. — Facillime enim illud in hoc mutare potuerunt librarii, ut omne dubium tollerent de Pauli coecitate. Accedit, quod vocabulum οὐδέν τι ad Jesum referentes, nescirent quomodo ejus praesentiam vindicarent. Illud vero οὐδέν τι ἔβλεπεν non ad Jesum esse referendum (sicuti μηδέν τι sect. 7.) e contextu luculenter patet; sequitur enim sect. 9. καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων; ne quid dicam de verbis proxime adjectis nostrisque oppositis χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν, quae solennis est formula de coecis, qui manu ducuntur. Continent adeo haec verba non nisi descriptionem coecitatis, per illud glossema οὐδέν optime expressam. Paulus igitur, de humo surgens, circumspicere conatur, verum licet oculos aperiret, neminem tamen conspicit; quo igitur conamine instituto, se plane visu orbatum agnoscit. Neque haec coecitas impedit quominus revera Jesum viderit; non enim, narrante Lucâ, postquam occoecatus erat, Christum

se videre credidit, sed hoc tantummodo nobis traditur, eum, postquam de humo surrexisset, animadvertisse, se oculorum usu esse privatum <sup>1)</sup>.

εἰς Δαμασκόν, quae non multum distabat (sect. 3).

μὴ βλέπων, — μὴ h. l. pro οὐ poni videtur. Frustra enim Winerus usum particulae μὴ vindicare conatur, scribens <sup>2)</sup> „das βλέπειν was man sich nach v. 8 für wiederkehrend hätte denken können, (wird) in der Vorstellung negirt.“ Nam totidem verbis Lucas scribit: οὐδένα εἰβλεπεν, et addit: χειραγωγούντες δὲ αὐτὸν. Quid ita scripsisset, nisi viam non potuerit videre i. e. coccus fuerit? <sup>3)</sup>; καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδέ

1) Cf. Tholuckius, *Verm. Schr.* Tom. II. pag. 290 annot.: „Man kann auch nicht (ait) sagen, dass die Blendung seiner Augen ihm geradezu die entgegengesetzte Deutung eingegeben; denn nicht nachdem er geblendet war, glaubte er Christum zu sehen — die Blendung wird erst offenbar, nachdem er wieder aufgestanden.“

2) Cf. ejus *Gram.* ed. 5<sup>ta</sup>, § 59, 4 pag. 565.

3) Juvat hic nostri loci afferre interpretationem, a Greilingio datam, ut rationalistarum et naturalistarum has narrationes interpretandi rationem plenius cognitam habeamus. Hic l. l. pag. 233 seq. scribit ad verba καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων: „es ist aber natürlich, ja es war Sitte und Gesetz bey den Juden, bey dem strengen Pharisaeer Saulus mithin Gewohnheit, mit geschlossenen Augen zu beten (!).“ Nonne summo jure scripsit cl. Tholuckius (in egregia commentatione cui titulus: *Abriss einer Geschichte der Umwälzung, welche seit 1750 auf dem Gebiete der theologie in Deutschland statt gefunden*, in ejus *Verm. Schriften*, Tom. II. pag. 99 seq.): „Nach unserer Ansicht war es nicht die Exegese und Kritik, welche den dogmatischen Standpunkt jener Periode umgestaltet haben, sondern Exegese und Kritik sind vielmehr durch den veränderten dogmatischen Standpunkt umgestaltet worden?“ — et eodem loco pag. 96 seq. . . . theils stellten sich Weissagungen und Wunder in den Weg, an denen das Schifflin des gesunden Menschenverstandes zu

ἔπιεν, „a cibi et potūs usu prorsus abstinuit.” Ita mihi interpretandum videtur ob simplicem ipsorum verborum significationem, et praeterea quoniam, peracto triduo isto, diserte de eo dicitur sect. 19. λαβδὸν τροφὴν ἐνίσχυσεν; Kuinoelius nostrum locum interpretatur: „a cibi potusve largioris usu abstinēbat, nihil fere edebat et bibebat.” Hujus jejunii causa e magnâ animi commotione est petenda; non tantum jejunando, verum etiam preces fundendo (sect. 11.), per hocce triduum tempus trivit, procul dubio in animo volvens omnia mala, crudelissima acerrimaque illa, quibus Jesu assecclas affecerat, nec amplius dubitabat, quin revera dixerit Stephanus, (Act. 7: 56.) Ἴδοὺ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς διηνοιγμένους καὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἐστῶτα τοῦ θεοῦ, non coeco ardore inductus!

## SECT. 10-19.

AUXILIUM PAULO AFFERT ANANIAS EUMQUE  
SACRA LAVATIONE TINGIT.

## SECT. 10.

Ἦν δὲ τις μαθητὴς ἐν Δαμασκῷ ὀνόματι Ἀνανίας, καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν ἐν ὄραματι ὃ κύριος Ἀνανία. ὃ δὲ εἶπεν Ἴδοὺ ἐγώ, κύριε.

---

verschellen Gefahr lief. Es war damals noch nicht die neueste Methode bekannt, solcher ungefügigen Unbequemlichkeiten sich massenweise zu entledigen, nämlich durch Aufgebung der Aechtheit der Bücher des Neuen Testaments.”

ἐν ὄραματι ὁ κύριος; ita A. B. C. E. 40, 69. Aeth. Vulg. Lachmannus, Tischendorfius; — vulgatur ὁ κύρ. ἐν ὄραμ.; — ὁ κύριος ad Christum refertur, uti e sect. 17 patet. Quando haec visio facta est, sive diu sive noctu, e contextâ oratione colligi non potest; e responso autem ad Ananiam a Domino dato efficere possumus, vigilantem eum fuisse, non dormientem; quicquid sit! secundum *Lucae mentem* prorsus supranaturali modo factam esse hanc patefactionem, me quidem iudice, sponte patet; minime vero nonnullis assentior interpretibus, qui statuerunt ea, quae, narrante Lucâ sect. 10 seqq., Ananiae et Saulo obtigerint, sive de cogitatis, eorum animis per naturales causas subortis, sive de somno naturali, explicari posse, non autem explicanda esse de patefactione, a Deo datâ non solum insolitâ, sed *mirificâ* prorsus ratione, quae naturae leges prorsus excederet; — hanc sententiam, cui calculum adjecerunt Ammonius, Eichhornius, Schulzius, Boehmius, Kuinoelius, Greilingius alii, uti supra jam vidimus, nuperrime etiam oppugnavit Baurus 1).

1) Vid. ejus *Paulus d. Ap.* pag. 68 seq. ubi legimus: „die Ereignisse in Damaskus bilden den zweiten Theil der wundervollen Erzählung der Apostelgeschichte. Sie haben den Freunden der sogenannten natürlichen Erklärungsweise noch grössere Schwierigkeit verursacht, als das Hauptereigniss selbst. Glaubte man mit diesem durch die glückliche Hypothese eines vom Himmel gefallenen Blitzstrahls auf eine sehr einfache Weise zurecht zu kommen, so wollten doch die complicirten Vorfälle in Damaskus sich nicht eben so leicht

Ἰδοὺ ἐγώ, κύριε „praesto sum, domine;“ formula usitatio apud Hebraeos respondendi alicui compellanti; vid. 1 Sam. 3 : 6. al. יְהוָה.

## SECT. 11, 12.

ὁ δὲ κύριος πρὸς αὐτόν· Ἀναστὰς πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην τὴν καλουμένην εὐθείαν καὶ ζήτησον ἐν οἰκίᾳ Ἰούδα Σαῦλον ὀνόματι Τάρσέα ἰδοὺ γὰρ προσεύχεται, καὶ εἶδεν ἄνδρα Ἀνανίαν ὀνόματι εἰσελθόντα καὶ ἐπιθέντα αὐτῷ τὰς χεῖρας, ὅπως ἀναβλέψῃ.

Ταρσέα, „Tarsensem.“ Tarsus, magna Ciliciae urbs ejusque caput, ad Cydnum, mediam per urbem fluentem, eamque in duas partes dividentem; hinc a nonnullis scriptoribus Ταρσοὶ in plurali dicebatur, vid. Xenophon, Anab. 1. 2. 23. εἰς Ταρσοὺς,

---

und einfach zurech legen lassen. Deswegen ist hier besonders die schwache Seite der natürlichen Erklärungen, und die kalten Greises-hände des Ananias, die heftige Freude des Paulus bei seiner Erscheinung, das plötzliche hervortreten aus dem dunkeln Zimmer an's Licht, das dreitägige Fasten sind nur schwache unkräftige Mittel, um den Apostel von dem schwarzen Staar, welchen der blendende Lichtstrahl an ihm zurückgelassen hat, wieder zu befreien. Wie schwer ist es auch nur, den Ananias und Paulus auf natürlichem Wege in ein solches Verhältniss zusammenzubringen, wie nach der Erzählung der Apostelgeschichte angenommen werden muss? Wer kann glauben wird mit Recht von der entgegengesetzten Seite bemerkt, jene zwei Visionen, die so genau in einander eingreifen, wodurch Paulus auf der einen Seite erfuhr, dass Ananias zu ihm kommen und ihm sein Gesicht wiederherstellen werde, auf der andern Ananias den Auftrag erhielt, zu Paulus zu gehen und ihm beizustehen, seyen von beiden seiten durch einen glücklichen Zufall entstanden P<sup>2</sup>

πόλιν τῆς Κιλικίας μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. *Literarum et philosophiae tam celeberrima fuit sedes, ut Strabo (l. 14 p. 990) non dubitaverit, eam juxta Athenas et Alexandriam non tantum collocare, verum iis etiam antepone, scribens (loco a Kuinoelio allato) τῶσαύτη δὲ τοῖς ἐνθάδε ἀνθρώποις σπουδὴ πρὸς τε φιλοσοφίαν καὶ τὴν ἄλλην ἐγκύκλιον ἀπασαν παιδείαν γέγονε ὡς ἂν ὑπερβέβληται καὶ Ἀθήνας καὶ Ἀλεξανδρείαν.* Auctore Augusto libera exstitit urbs, de qua Plin. 5: 22., Appian. civ. 5. 7. *Λαοδικέας δὲ καὶ Τυρσεάς ἐλευθέρους ἤφειε καὶ ἀτελεῖς φόρων.* h. e. proprias habere leges propriosque magistratus iis licitum erat, sed jus civitatis non habebant 1).

Accurata, quae hic habetur descriptio Sauli, recte animadvertente de Wettio, ponit Ananiam eum κατὰ προσωπὸν non notum habuisse, quamquam de eo jam audiverat, cf. sect 14.

Ἰδοὺ γὰρ προσεύχεται. — γὰρ causam indicat praecedentis mandati; nam ecce! precatur — de me auxilium petit et ego preces ejus exaudivi — et vidit virum aliquem nomine Ananiam etc. — tu igitur, nemo nisi tu, ad eum proficiscaris!

ἐν ὄραματι legitur post εἶδεν in editione Receptâ, item apud Knappium al.; omiserunt haec verba Tischendorffius, alii; in A. Copt. Aeth. Vulg. non leguntur, post ἀνδρα habent B. et C.; est fortasse glossema ad verbum εἶδεν.

1) Cf. hac de re Winerus R. W. sub voce *Tarsus*, Tom. II, pag. 565 ed. 3tiae; idemque sub voce *Bürgerrecht*, Tom. I, pag. 200.



ἄνδρα Ανανίαν ἐνόματι; non simpliciter σέ dicit Dominus, Ananiae enim rem informavit, uti Sauli animo obversabatur; frustra igitur nonnulli interpretes hancce sectionem parentheseos notâ a reliquis sejungunt eaque non Jesu, sed Lucae, verba esse putant, ob defectum pronominis σέ. Patet item ex his verbis Paulo ignotum fuisse Ananiam.

ἐπιθέντα αὐτῷ τὰς χεῖρας, ita legimus (non αὐτῷ χεῖρα) cum Lachmanno et Tischendorfio, ob codicum auctoritatem A. B. C. E. 66. 69. Copt. Aeth. Arm. Vulg.; — χειροθεσία, כַּמְנַחַת יְדֵי, etiam sub V. F. locum habuit, cf. Gen. 48:14; Num. 27:18; apud Jesum et Apostolos invaluit, cum aegritudine affectos sanarent, vel Spiritus Sancti dona communicarent, Marc. 6:5. Act. 6:6; 8:17.

## SECT. 13, 14.

ἀπεκρίθη δὲ Ἀνανίας Κύριε, ἤκουσα ἀπὸ πολλῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, ὅσα κατὰ τοῖς ἀγίαις σου ἐποίησεν ἐν Ἱερουσαλήμ; καὶ ἃδε ἔχει ἐξουσίαν παρὰ τῶν ἀρχιερέων δῆσαι πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου.

Articulus ante Ἀνανίας est tollendus cum A. B. C. E. G. 16.

Non assentior Meyero statuenti, haecce verba Domino reposuisse Ananiam, quoniam prorsus indignum habebat Paulum, qui ab eo beneficium

acciperet; mentem enim suam candide <sup>1)</sup> exprimit, quod se nequaquam *incolumen* ducebat apud Saulum, qui hoc ipso consilio Damascum venerat, ut omnes fideles devinctos Hierosolyma duceret (sect. 14). Undenam Ananias hujus Saulo concessae auctoritatis notitiam acceperit, sive per literas Hierosolymis missas (ut Wolfius et Rosenmullerus), sive ex itineris sociis (Kuinoelius), sive alio qualicunque modo, e nostrâ certe narratione non constat, neque igitur aliquid de his statuere possumus; neque hypothesibus interpretationem onerare lubet. —

*οἱ ἅγιοι*, ita Christo fidem habentes tempore Apostolorum nuncupabantur (cf. sect. 32, 41; Rom. 1:7. Eph. 1:1.; Act. 20:32 dicuntur *ἡγιασμένοι*), sicuti jam pridem sub veteri Foedere Israelitae קְדוּשִׁים appellabantur (Exod. 19:6; 22:31; Num. 16:3) utpote ab ethnicis segregati et ad verum Dei cultum adducti Eique consecrati <sup>2)</sup>.

1) — — «die Abrahamitisch vrijmoedige wijze waarop Ananias zich verstout met een uitroep vol naïveteit van waarheid een soort van tegenwerping te maken» — ut pulchre da Costa, *Paulus*, Tom. I. pag. 63.

2) Cf. Neander, *Pfång. u. Leit*, Tom. II. pag. 772. «Wie das Gottgeweihte Volk (ait) in der alttestamentlichen Form der Theokratie zu den übrigen heidnischen Völkern den Gegensatz bildete, so ist dieser Gegensatz nun in Geistiger und innerlicher Auffassung auf die Gemeinschaft der Glaubigen übertragen. Sie erhalten das Prädikat der *ἅγιοι* und *ἡγιασμένοι* als das heilige Gottgeweihte Volk was sich daher zunächst auf die objektive in der Erlösung gegründete Weihe bezieht, den objektiven Gegensatz gegen die Profanen des κόσμος so dass aber die subjektive von der Entwicklung des göttlichen Lebensprincip ausgehende Heiligung nothwendig darin gegründet und davon unzertrennlich ist.»

τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου, — videntur igitur id temporis fideles revera Christum precibus suis invocasse cf. Act. 1:24; 2:21; 7:59.

## SECT. 15, 16.

Εἶπεν δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ κύριος Πορεύου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοι ἐστὶν οὗτος τοῦ βασιτάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἔθνῶν τε καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραὴλ· ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω αὐτῷ, ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν.

Post ἔθνῶν recte Tischendorfius addidit τε ex A. B. C. E. 13. 25. 36. al.

σκεῦος ἐκλογῆς, non forte fortunâ ponitur genitivus loco adjectivi ἐκλεκτὸν, verum consulto fit, ut significatio eligendi magis elucescat; genitivi hic usus non tantum apud Hebraeos, verum etiam apud Graecos et Latinos valebat <sup>1)</sup>. Vocabuli σκεῦος usus *de homine rebus agendis idoneo*, uti patet e locis adductis ab Haselario l. l. pag. 54, Graecis scriptoribus non prorsus fuit ignotus; nostro autem loco desumpta videtur haec vox ex Hebraicâ כֶּלִי, proprie *instrumentum, vas* cujuscunque generis indicante, (vid Guil. Gesenii *Lex. Man. Hebr. et Chald.* s. v. et Kuinoel ad h. l.); deinde vero, ut כֶּלִי Jes. 13:5 et ὄργανον, per metaphoram

1) Cf. Winerus, *Gram.* §. 34, 2 pag. 267. — et scriptores ibi laudati.

adhibetur ita, ut notet *hominem ad hoc vel illud agendum idoneum, vel ad hoc illudve destinatum, hominem adeo cujus operâ utimur*. Paulus igitur hoc loco *σκέυος ἐκλογῆς* dicitur, quatenus Jesus eum elegerat ad evangelium suum annuntiandum. — τοῦ βασιτάσαι τὸ ἔνομά μου, eâdem utitur metaphorâ; hoc propositum erat τῆς ἐκλογῆς, ut Paulus Christi nomen (ipsum Christum ejusque evangelium, cf. cap. 2:21) annuntiaret ethnicis, regibus (Agrippæ cap. 26, Neroni) et filiis Israelis 1). — γὰρ indicium notat, e quo scire possit, se esse *σκέυος ἐκλογῆς*: *ego enim indicabo ei* (recte Meyerus ad h. l. *factisch, durch meine künftige Leitung sei-*

1) Praeter omne consilium suum Paulus prorsus idem, atque nostro l. habetur, nobis communicavit mandatum, a Christo acceptum, 1 Cor. 1:17, scribens: *ὁ γὰρ ἀπέστειλό με Χριστὸς βαπτίζεν ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι*. . . . Iuvat hic adducere quam de isto loco egregiam dedit interpretationem Meyerus (vid. ejus *Krit. exeg. Komm. über das N. T.* Tom. II. part. 5, *epist. ad Corinthios* continentis, edit. alterâ *Guttingue* 1849, pag. 28 seq.) «In dem festen Bewusstsein, der Zweck seiner apostolischer Sendung sei das Lehren, erkannte Paulus, dass das Taufen, als ein äusseres und keine höhere Befähigung erforderndes Geschäft, in der Regel Anderen, den apostolischen ὑπερέταις (Act. 13:5) zu überlassen sei, um nicht von der Verfolgung jenes höhern Ziels abgezogen zu werden. *ὡ — ἀλλ'* ist wie nirgends, so auch hier nicht gleich *non tam — quam* zu fassen, sondern *absolut* (Winer, *Gramm.* p. 579 ff.) und nicht einmal auf Rechnung des starken rhetorischen Colerits ist die absolute Negation zu setzen (Rückert). Nein das Taufen war wirklich *nicht der Zweck*, weshalb Christus Paulum sendete, sondern das *Predigen* (Act. 9:15, 20; 22:15; 26:16—18); womit ja nicht gesagt ist, dass ihm das Taufen nicht zugestanden habe — aber gesandt *um zu taufen* war er nicht.» — En igitur denuo unam ex illis «undesigned coincidences,” uti dixerit Paley!

nes *Wirkens und Schicksals*) quantum patiendum erit illi ob nomen meum, sive meam ob causam; cuicunque nomen ejus profitenti diras praedixerat Christus persecutiones Matt. 5:11. Luc. 6:22, ob quas persecutiones laetari deberent fidem ei habentes, quippe quae pignora iis erant se revera esse discipulos Christi, ab eo electos; eodem hoc sensu nostrum locum intelligo: quo plura Christi causâ passus fuit Paulus, eo alacrius Evangelium annuntiavit.

## SECT. 17-19.

Ἀπῆλθεν δὲ Ἀνακίας καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ ἐπιθείς ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας εἶπεν Σαουλ ἀδελφέ, ὁ κύριος ἀπέσταλκέν με, Ἰησοῦς ὁ ὄφθεις σοι ἐν τῇ ὁδῷ ἣ ἦρχου, ὅπως ἀναβλέψῃς καὶ πλησθῆς πνεύματος ἁγίου. καὶ εὐθέως ἀπέπεσαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὡσεὶ λεπίδες, ἀνέβλεψέν τε καὶ ἀναστὰς ἐβαπτίσθη, καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν.

Recte Lachmannus et Tischendorffius omittunt παραχρῆμα post ἀνέβλεψέν τε cum A\*. B. et pluribus minusculis, Vulg. al., a Griesbachio laudatis.

καὶ ἐπιθείς ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας; quamquam non totidem verbis Ananiae mandaverat Dominus Saulo manus imponere, eo tamen adduci potuit iis, quae ipsi communicaverat de visione, quae Saulo obtigerat (sect. 12); et si vel hoc non eo

valeret, saltem e sectione 17. patet plura Dominum locutum esse cum Ananiâ, quam sect. 11-16. enarrata habemus, quaeque commode silentio praeterire potuit Lucas, ne bis in eâdem narratione eadem narraret.

Σαοὺλ ἀδελφε, ita dum eum alloqueretur, abunde patet omnes dubitationes de sincerâ Paulinae mentis mutatione ex animo Ananiae prorsus evanuisse, quippe qui eum tanquam *fratrem* alloquitur.

εὐθέως—ὡσεὶ λεπιδες κ. τ. λ., aliquid squamis piscium simillimum de Sauli oculis cecidit et ipse continuo vidit; — Rite cl. Vinke, ad h. l. „er viel iets af van zijne oogen, dat men niet beter dan bij schellen, of schilfers kan vergelijken, welke zich op het hoornvlies gezet en de doorlating van het licht belet hadden.” Summâ autem injuriâ Baurus <sup>1)</sup> ex vocabulo ὡσεὶ efficit, non *revera* per triduum istud oculorum usu privatum fuisse Paulum. Hunc fere in modum ratiocinatur: „quoniam non proprio sensu squamae de oculis ejus ceciderunt, *hanc ob causam neque revera* occoecatus erat.” Quomodo autem hoc ex illo sequatur, equidem intelligere nequeo; Lucas enim, si indicare voluisset Paulum non fuisse occoecatum, scribere debuisset, nihil quicquam de oculis ejus cecidisse; nunc autem e contrario diserte affirmat *aliquid* decidisse, quod sibi non melius informare potuerat, quam *squamis* simillimum. Bau-

1) Cf. ejus *Paulus d. Ap.* l. l. pag 70.

rum adeo si audias, omnia improprie sunt explicanda de *animi* ejus coecitate. Neque tamen in his sibi constare videtur scholae Tubingensis antesignanus; nam pag. 72. dicit, Lucam scriptis mandavisse narrationem de Pauli coecitate ejusque ab Ananiâ sanatione, prouti eam *e traditione* tunc temporis (sec. 2.) hauserat. Haec autem traditio, secundum Bauri sententiam, exinde orta est, quod internam mentis mutationem, quae olim apud Paulum locum habuit, ad externam corporis referrent conditionem. Ex iisdem igitur unius ejusdemque scriptoris verbis efficit Baurus ét corporis oculorum tradi sanationem ét animi oculorum aperitionem; quod sane fieri nequit. Potius cum Kunoelio (l. l. pag. 350), licet ceteroquin cum Eichhornio statuente, Saulum legibus naturae convenienter esse sanatum, confitendum est, negari non posse, Lucam narrationem Sauli conversionis ita enarrasse, ut de miraculo ipse cogitaret et de eo lectores cogitare voluerit<sup>1)</sup>.

---

1) Quanti momenti sint, quae disputavimus de Paulo, revera oenolorum usu orbato, ex iis patet, quae ratiocinatur Baurus l. l. pag. 73. „So eng aber alle diese Momente der gerade so gestalteten Tradition in einander eingreifen, so eng ist auch hinwiederum der Zusammenhang, sobald es uns auch nur auf einem Punkte gelungen ist, die Genesis der sich bildenden Tradition zu durchblicken. Sind wir zu der Annahme berechtigt, dass die Blindheit des Apostels keine wirkliche physische Blindheit war, so fällt mit ihr auch das Wunder der Heilung hinweg, und wenn demnach Ananias mit einem solchem Auftrag (denn diess ist der Hauptauftrag, mit welchem Ananias zu Paulus gesandt wird, 9: 17, *ὁ κύ-*

*ἐνίσχυσεν*, uti saepius, etiam h. l. intransitive sumitur, ita ut notet „corroboratus est,” „vires suas recuperavit” — cf. Gen. 48:2. LXX, ubi habetur pro Hebr. קִיחָה; — post longum illud tridni jejunium vires ejus prorsus languescebant.

SECT. 19<sup>b</sup>—22.

## EVANGELIUM A PAULO DAMASCI ANNUNCIATUM.

SECT. 19<sup>b</sup>, 20.

Ἐγένετο δὲ μετὰ τῶν ἐν Δαμασκίῳ μαθητῶν ἡμέρας τινάς, καὶ εὐθέως ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἐκήρυσσεν τὸν Ἰησοῦν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.

Post *ἐγένετο* textus vulgo receptus habet ὁ Σαῦλος, omittitur tamen in A. B. C. E. H. 14\*. Vulg. al.; a librariis procul dubio textui est addita e sectiunculis, quae publice in ecclesiis praelegebantur, ut scite monent Meyerus et de Wettius, — *εὐθέως* x. τ. λ., i. e. post peractos nonnullos istos dies, quos cum discipulis degebat; hoc loco ne cogitandum quidem esse de itinere Arabico, cujus Gal. 1: 17.

---

*ριος ἀπέσταλέ με ἔπος ἀναβλέψης*), nicht zu Paulus gesendet werden seyn kann, so fällt auch der Grund hinweg, dem Ananias einen solchen Auftrag in einer göttlichen Vision ertheilt werden zu lassen, und es muss demnach auch der ganze Hergang der Sache in der Wirklichkeit ein anderer gewesen seyn, als er nach den Apostelgeschichte gewesen seyn soll."



mentio injicitur, (uti Michaelis, Heinrichsius et Keilius statuerunt) ipsa verborum cohaerentia luculenter indicare mihi videtur. Nihil vero impedit, quominus cum Neandro, cui assentiuntur Meyerus, da Costa et van Oosterzee <sup>1)</sup>, statuamus iter illud locum habuisse ἐν ἡμέραις ἱκαναῖς, de quibus sect. 23 mentio fit. Dubitationes contra hanc sententiam, a de Wettio motas, satis refutavit doct. van Oosterzee <sup>2)</sup>. — τὸν Ἰησοῦν, ita

1) Neander, *Pflanz. u. Leit.*, Tom. I, pag. 157. — Meyerus ad h. l.; da Costa, *Paulus, eene Schrifibes. enz.* Tom. I. p. 92; van Oosterzee, *Verh. over de waarde van de Hand. der Apost.* pag. 150 — Sententiam hanc jam proposuerat Haselarius in *dissert.* I. pag. 83.

2) Scribens l. l. „de Wette zegt wel, dat Paulus gedurende dezen tijd niet in Arabie kan, maar in Damascus moet geweest zijn, dewijl, zoo hij zijnen vijanden uit den weg gegaan was, de aanslag der Joden vs. 23 vermeld, niet te pas ware gekomen. Maar waarom is het onmogelijk, dat hij gedurende die ἡμέραι ἱκαναῖ eerst eenigen tijd in Arabie is geweest, en daarna teruggekeerd en zijne prediking voortzettende, den haat der Joden heeft gaande gemaakt? Uit de uitdrukking als vele dagen verlopen waren (ὡς ἔτι πολλοῦντο) schijnt te volgen, dat hun aanslag aan het einde van het hier aangeduide tijdperk moet hebben plaats gehad.” Cf. etiam da Costa l. l. qui haec habet: „Voor deze bijzonderheid (t. w. de reis naar Arabie, Gal. 1:17), waarvan het belang ons gaat blijken, is in het verhaal van Lucas (Hand. IX:23) als ware het eene plaats opengelaten door de vermelding, dat Saulus te Damascus vervolgd en wegens die vervolging naar Jerusalem geweken is, als vele dagen verlopen waren, sedert zijne eerste prediking. Nu! dat vele dagen (ἡμέραι ἱκαναῖ) wordt meermalen in deze schriften voor een tijdvak van maanden en jaren gezegd. Dus heet het tijdvak der sluiting van den hemel onder den Profeet Elia bij Jacobus (V:17) drie jaren en zes maanden, in het Eerste Boek der Koningen (XVIII:1), vele dagen. En ook hier sluit de tijdsbepaling van drie jaren in den Brief (Gal. I:18) op die meer alge-

Griesbachius, Knappius, Tischendorfius aliique plures, cum A. B. C. F. 14 al. Vulg. Syr. Copt. Armen. al.; dogmaticis de causis Χριστόν scripserunt librarii, quippe qui putabant, formulam *υἱὸς τοῦ θεοῦ* non nisi de divinâ Christi naturâ esse adhibendam, ut bene animadvertit Meyerus; — vox *Ἰησοῦν* etiam requiritur ob adjectum illud *συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός*, ad finem sect. 22.

SECT. 21, 22.

*ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες καὶ ἔλεγον Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας ἐν Ἱερουσαλήμ τοὺς ἐπισημομένους τὸ ὄνομα τοῦτο, καὶ ἄλλο εἰς τοῦτο ἐληλύθει ἵνα δεδεμένους αὐτοὺς ἀγάγῃ ἐπὶ τοὺς ἀρχιερεῖς; Σαῦλος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο καὶ συνέχυνεν τοὺς Ἰουδαίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Δαμασκῷ, συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός.*

*συμβιβάζειν* apud LXX occurrit sensu *διδάσκειν docere* (Hebr. *הוֹדִיעַ הַבֵּי*) uti h. l. — apud scriptores Graecos rarus est h. v. usus, — cf. Meyerus et de Wettius in commentariis ad 1 Cor. 2:16.

---

meene in de Handelingen volkomen. Zoo stemt hier wederom het geheel bij bloot schijnbare afwijking des te eenvoudiger en ongewongener te zaam. In het verhaal bij Lucas, dat meer onmiddellijk betrekking heeft tot Paulus openbaar leven als Apostel, kwam het niet te pas den gang van het levenvolle verhaal te rekken door eene invoeging van de reis naar Arabië. Voer Paulus inwendig leven in de eerste plaats, en straks voor zijne handhaving tegen valsche en vijandige inblazingen, was ditzelfde verblijf van het trefendste belang."

Pulcherrima sane habetur nostro hoc loco oppositio inter illud : τὸ ὄνομα τοῦτο in ore Judaeorum, Christi ejusque discipulorum hostium infestissimorum, et illud συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός, quod de Paulo narrat Lucas. — Judaei, τὸ ὄνομα τοῦτο dicentes, Jesu Nazareno maledicunt eumque opprobriis et contumeliis afficiunt; Paulus autem, quamvis paucos ante dies popularium suorum e partibus steterat, nequaquam dubitat publice idque magnâ cum παρήσεια in synagogis praedicare *Jesum*; — eundem illum, quem Judaeorum proceres prorsus respuerant et cruci affixerant, hunc profitebantur esse Messiam, de quo ab aevo jam cecinerant prophetae, ipsum Dei esse filium! — Unde quaeso haecce optimae frugis praedicatio nisi ab ipso Domino edoctus fuerit Paulus? — Haud sine idoneâ causâ provocare possumus ad ea, quae scripsit Apostolus in epistolâ ad Gal. I: 12. coll. sect. 1. „se Evangelium accepisse, non ab homine aliquo, neque per hominem (ne Ananiam quidem!) sed per patefactionem Jesu Christi” — Ananias quidem viam ei monstraverat, quâ ipse Evangelii fructibus frueretur, quidque ei in futurum agendum esset indicaverat, verum ipsum Evangelium, quod aliis annuntiaturus erat, immediate, ut ita dicam, ab uno Christo acceperat; per Ananiam *Christianus*, per Christum *Apostolus* evasit. Cf. Rom. 1 : 5, ubi distinguendum esse inter χάριν et ἀποστολήν mihi persuasissimum est; χάριν enim

cum omnibus quibuscunque christianis communem habebat Paulus, ἀποστολῇ autem tanquam peculiari munere non nisi cum aliis Jesu Christi Apostolis fruebatur.

## SECT. 23-30.

## FUGA DAMASCO ET ITER HIERSOLYMITANUM.

## SECT. 23-25.

Ὡς δὲ ἐπληροῦντο ἡμέραι ἰκαναί, συνεβουλεύσαντο οἱ Ἰουδαῖοι ἀνελεῖν αὐτόν· ἐγνώσθη δὲ τῷ Σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν· παρετηροῦντο δὲ καὶ τὰς πύλας ἡμέρας τε καὶ νυκτός, ὅπως αὐτὸν ἀνέλκωσιν λαβόντες δὲ αὐτὸν οἰγμαθισταὶ νυκτός διὰ τοῦ τείχους καθήκων αὐτὸν χαλάσαντες ἐν σπυρίδι.

παρετηροῦντο, ita lego cum Lachmanno, Tischendorffio et de Wettio secundum A. B. C. E. F. G. 15. al. Orig.; forma ista media rarius invenitur.

Recte Meyerus, assentiente de Wettio, ita huncce locum cum altero, 2 Cor. 11 : 32, in concordiam redegit, ut statueret *Judaeos, ethnarchae regis Aretae consensum et auxilium nactos*, perpetrasse, quae hic narrantur; 2 Cor. 11 : 32 legimus Ethnarcham Aretae, Arabiae regis, Damasco curam imposuisse, quo facilius Paulus captivus foret. Constat autem Syriam Damascenam per Pompeium, finito bello Mithridatico, in Romanorum potestatem fuisse reductam; quaeritur igitur, undenam factum fuerit,

ut Damasco tunc temporis imperaverit Aretas? Hac de re egerunt scriptores quam plurimi <sup>1)</sup>, inter quos nuperrime doct. von Baumhauer, qui tam egregie et perspicue rem pertractavit, ut otium mihi fecerit eam pluribus indagandi: „Aretas autem, (ita legimus l. l. pag. 59 seq.) Arabiae rex, Herodis Antipae socer, Damascenam urbem occupasse videtur paulo postquam genero suo, qui uxorem repudiaverat, acre bellum intulerat ejusque exercitum penitus profligaverat (Flav. Joseph. Ant. Jud. XVIII: 5, 1, 3.); quum jam Antipas a Tiberio imperatore, cujus socius erat, auxilium petierat, hic Vitellio, Syriae procuratori, demandavit, ut poenas de Areta sumeret, et eum aut vivum aut mortuum sibi traderet. Quum jam Vitellius, Petram adorturus, medio in itinere versaretur, nuntius de Tiberii morte ipsi affertur: continuo igitur exercitum in hiberna dimittit et ipse Antiochiam redit; hac ipsa opportunitate usum esse Aretam probabile est, ut Romanis noceret et ita Damascenam urbem, quae olim ad Arabiae ditionem pertinuerat, iis adimeret.”

---

1) Cf. praeter auctores, a Kuinoelio laudatos, inter quos maxime Haselarius l. l. pag. 95 seq. et Heynius, *diss. de Ethmarcha Areta, Arabum regis Paulo insidiante*, Wittenb. 1755, ipse Kuinoelius l. l. p. 353—356. Rud. Anger, *de temporam in Actis Apostolorum ratione*, Lipsiae 1833, pag. 173—182. Neander, *Pflanz. und Leit.* Tom. I. pag. 161, in annotationibus 3 et 4. Winer, *Realw. sub voce Aretas*, I. pag. 83 seq. da Costa, *Paulus*, I. pag. 94 seq. alique.

In verbis: λαβόντες δὲ κ. τ. λ. codices inter se variant; A. C. F. habent λαβόντες δὲ οἱ μαθ. αὐτοῦ (B. habet αὐτόν) διὰ τοῦ τείχους καθήκαν αὐτόν, sic etiam Tischendorfius edit. primâ, verum male, ut mihi videtur, tum quoniam plures testes habent accusativum αὐτόν, non genitivum αὐτοῦ, tum quod nusquam legimus Paulum habuisse discipulos. διὰ τοῦ τείχους, per murum, i. e. per fenestram domus alicujus, super murum urbis conditae — 2 Cor. 1.1. legitur διὰ θυρίδος, Hebr. בַּעַד הַחֹלֶת; cf. Gen. 26:8. Jos. 2:15. 1 Sam. 19:12. 2 Sam. 6:16.

Pro σπυρίδι Paulus habet σαργάνην; sunt verba synonyma. Graeci sic vocabant corbem vimineum, quo portabantur pisces vel etiam panes seu frumentum.

## SECT. 26, 27.

Παραγενόμενος δὲ εἰς Ἱερουσαλήμ ἐπειράτο κολληῶσθαι τοῖς μαθηταῖς καὶ πάντες ἐφοβοῦντο αὐτόν, μὴ πιστεύοντες ὅτι ἐστὶν μαθητής. Βαρνάβας δὲ ἐπιλαβόμενος αὐτόν ἤγαγεν πρὸς τοὺς ἀποστόλους, καὶ διηγήσατο αὐτοῖς πῶς ἐν τῇ ὁδῷ εἶδεν τὸν κύριον καὶ ὅτι ἐλάλησεν αὐτῷ, καὶ πῶς ἐν Δαμασκῷ ἐπαρῆμισιάσατο ἐν τῷ ὄνοματι Ἰησοῦ.

ὁ Σαῦλος, quod habent *Receptus* et *Knappius* post παραγ. δὲ, jure omiserunt *Griesbachius* et *Tischendorfius* cum A. B. C. 40. 81. *Vulg.* al.; iisdem viris doct. assentior, εἰς Ἱερουσαλήμ

non ἐν Ἱερ. legentibus; prior enim lectio majorem habet codicum auctoritatem et majorem etiam cum contextâ oratione convenientiam; ἐπειρᾶτο legendum censeo, non ἐπειράζειν; facillime enim potuerunt librarii pro rariore ἐπειρᾶτο (quod praeter nostrum locum in N. T. non nisi Act. 26:18 invenitur) usitatum magis vocem ἐπειράζειν scribere.

ὅτι ἐστὶν μαθητής; itaque continuo se tanquam discipulum introduxit. ἐπιλαβόμενος αὐτον, eum capiens quasi ad manum, rem ejus curae cordique habens, oppositus omnibus iis, qui Saulum reformidabant atque adeo nihil eum curabant, cf. Hebr. 2:16.

πρὸς τοὺς ἀποστόλους: Petrum et Jacobum fratrem Domini, qui id temporis, referente ipso Paulo ad Gal. 1:18, 19, Hierosolymis versabantur.

Subjectum verbi διηγῆσατο nonnulli Paulum esse statuunt, sed ipsa res et ratio docent, ut apposite suo jam tempore monuit Grotius, magis convenire, ea, quae Damasci evenerant (*Saulum ibi summâ libertate Jesu Christi nomen praedicasse*), narrari a Barnaba, quam ab ipso Saulo praedicari.

πῶς — ἐπαρρησιάζατο ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ. (articulus ante Ἰησοῦ omittitur in A. B. C.) „Quomodo confidenter se gessisset in nomine Jesu” i. e. in eo confitendo ejusque Evangelio praedicando.

Quod nostro loco traditur, discipulos Hierosolymitanos Paulum reformidasse, non adeo credentes eum Jesu esse discipulum, nequaquam ponit ipsos

adhuc latuisse Pauli ad Christum conversionem; nam si vel de ejus mentis mutatione nonnulla audivissent, exinde nondum sequitur quod credere debuissent hostem eorum acerrimum *revera* ad meliorem mentem rediisse; porro haud sine idoneâ causa timebant discipuli Hierosolymitani Paulum adire <sup>1)</sup>, nam postquam de eo ad Christum converso certiores erant redditi, ecce! nihil amplius de eo audiverunt, ex improviseo evanuit ille <sup>2)</sup>; non potuit non haec ejus

1) Hoc autem vehementer dubitat Baurus: „Wie wäre diess möglich gewesen (scribit l. l. pag. 107) wenn damals schon eine Zeit von mehr als drei Jahren seit der Bekehrung des Apostels verflossen gewesen wäre, wenn er schon damals nicht blos in dem fernen Arabien, wo sein Aufenthalt vielleicht nicht sehr lange dauerte (?), sondern in Damaskus, das Jerusalem nicht so ferne lag, dass nicht von einem so merkwürdigen Ereigniss bald eine sichere Kunde dahin gelangen konnte, (wie ja der Zweck der Reise des Apostels nach Damaskus selbst die Voraussetzung eines solchen Verkehrs zwischen beiden Städten bestätigt, Apost. Gesch. 9: 2), was doch auch nach Apost. Gesch. 9, 20 f. als der Gegenstand der Thätigkeit des Apostels in dieser Zeit gedacht werden muss, für die Sache des Evangeliums gewirkt, und schon eine längere Zeit hindurch so viele tatsächliche Beweise der mit ihm geschehenen Umänderung gegeben hätte.“

2) Consilium, quo Paulus Arabiam petiit, egregie exposuit vir doct. da Costa in ejus „*Paulus*“ l. l. pag. 93 seq., cui lubentissime calculum adjicimus dicenti: „Men hechte aan die tusschenreis naar de Arabische woestijn vooral toch geen denkbeeld van prediking, veel min van gemeentestichting! het was eene gedenkwaardige pizing, eene lange stilte der ziel, als het ware tusschen de Joodsche en de Christelijke loopbaan van den tot Christus bekeerden ijveraar. Het was een tijdperk van eenzaamheid met God in afzondering van de wereld, om daarin straks terug te keeren als een getuige en lichtdrager van dien God in hare duisternis. Het was het tijdperk van een diep, van een zich in de kennis van Jezus Christus en dien gekruisigd, ververschend, vernieuwend, en als wederbarend onder-



agendi ratio eorum excitare suspicionem : — quid? (ita facile cogitare poterant) si callidus iste adversarius non nisi insidias nobis struxisset! Quae igitur in epistolâ ad Galatas scripta invenimus optime possunt cum nostro loco in concordiam redigi, eumque magis confirmant, quam quod ejus vim frangant.

## SECT. 28-30.

*Καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ παρρησιαζόμενος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου, ἐλάλει τε καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς· οἱ δὲ ἐπεχείρουν ἀνελεῖν αὐτόν. ἐπιγινόντες δὲ οἱ ἀδελ-*

zoek der aloude Schrift van Mozes en de Profeten, die onder het O. T. van den Christus getuigden. Het was in het leven van den discipel, kort na den ontfangen doop en gave van den Heiligen Geest, een afdruk van dat ontzachelijk tijdperk van veertig dagen voor den Meester zelve, na zijne verheerlijking bij de Jordaan en vóór de aanvaarding van zijne openbare amptsvervulling, in de woestijn van het Joodsche land vastende en biddende vervuld. En hebben ook niet wel latere geroepene en tot een bijzonder werk verwaardigde discipelen op onderscheidene tijden en onder verschillende persoonlijke omstandigheden dergelijke tijden van afzondering en voorbereiding tot een nieuwen werkkring gekend? Wat anders was het verblijf van Luther op den Wartburg na den rijksdag van Worms, en de overzetting aldaar van het woord van God in de taal des volks? In het leven der groote werktuigen Gods in Zijn koninkrijk, zoo in de dagen der eerste Evangelieprediking als van elke beslissende gebeurtenis in den voortgang der eeuwen onder dezelfde bedeeling, laat zich eene afwisseling van stille ingekeerdheid naar binnen en van krachtige werkzaamheid naar buiten ten allen tijde duidelijk genoeg aanwijzen."

Φοὶ κατήγαγον αὐτὸν εἰς Καισάρειαν καὶ ἐξπέστειλαν  
εἰς Ταρσόν.

Lachmannus et Tischendorfius habent εἰς  
Ἱερ., quam lectionem item commendat Griesba-  
chius secundum A. C. E. G. 4 al; verum ἐν dif-  
ficultatem praebuit librariis „da es weder zu εἰσπορ.  
noch zu ἐκπορ. als örtliche Beziehung zu passen, und  
da doch die Schilderung der apostolischen thätigkeit  
das Ein — und Ausgehen nicht in, sondern nach  
Jerus. zu fordern schien,” ut Meyerus ad h. l.;  
cf. etiam de Wettius.

Ad finem sect. 28 *Receptus*, Knappius et  
Scholzius addunt Ἱησοῦ, omittunt autem Lach-  
mannus, Tischendorfius, A. B. E. Vulg. Hier.  
al; facile e sectione praecedente irreperit.

εἰσπορεύεσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι, (כָּאָה לְפָנַי  
1 Sam. 18:13, 16), forma usitatio pro „familia-  
rīter versari.”

Hellenistae, teste Winero (*Reals.* Tom. I.  
pag. 476), hoc loco dicuntur *Judaei* isti (ad Chris-  
tum nondum conversi), qui Graece callebant et pro  
magnâ parte extra Palaestinam versabantur, op-  
positi Hebraeis sive Judaeis Palaestinensibus;  
quid mirum, quod ab iis initium fecerit Evange-  
lium praedicandi Apostolus; quippe qui, ipse ex  
Asiâ minore oriundus, facilius eos adire potuerit,  
quam alii Apostoli infesti illi Palaestinenses?

*Καισάρειαν* cum de Wettio et Meyero intelligo  
*Caesaream Palaestinensem*, septuaginta et quinque

millia passuum ab Hierosolymis remotam <sup>1)</sup>, in honorem Augusti ab Herode Magno conditam. Ex hoc loco navi vehebatur Apostolus Seleuciam, et per Syriam (Gal. 1:21) iter suum persequens paternam urbem Tarsum demum petiit. — Dubitare non possumus, quin in singulis his locis indefessus fuerit in Evangelio enuntiando (cf. Act. 15:23, 41).

---

1) Cf. Flav. Josephus, *de bello Jud.* I. 3. 5. aliique loci a Winero laudati, *Realw.* I. pag. 206.

### III.

## ANNOTATIO

IN

IPSIUS PAULI VERBA,

SUAM NARRANTIS AD CHRISTUM CONVERSIONEM.

ACT. APOST. XXII: 1-21.

---

Post ea, quae de priori loco disputavimus, breviores esse licebit in explicando hoc, ceteroquin classico imprimis loco.

Hoc in capite animadvertimus Paulum, ab adversariis accusatum, sese coram populo Judaico Hierosolymis defendentem. Humaniter populares suos compellat, quo facilius ad mentes cordaque eorum viam sibi sterneret; demonstrat porro se nequaquam (quod jactabant illi) legis Mosaicae esse contemptorem, neque temere sed gravissimis quidem de causis, quamquam olim Judaismi strenuus fuerit vindex, ad *Jesu* Messiae castra se con-

tulisse; memorat item, quid in itinere Damasceno locum habuerit, adeo ut non potuerit non Jesum fide amplecti; addit denique se, in templo preces dicentem, vidisse Jesum, qui eum jussit relictis Hierosolymis Evangelium ethnicis annuntiare. His vero expositis, Judaei, qui hactenus patienter oratorem audiverant, in furorem acti, cum e medio tollendum uno omnes ore clamabant.

## SECT. 1-3.

"*Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατέ μου τῆς πρὸς ὑμᾶς νυνὶ ἀπολογίας. ἀκούσαντες δὲ ὅτι τῇ Ἑβραϊδὶ διαλέκτῳ προσεφώνει αὐτοῖς, μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν. καὶ Φησὶν Ἐγὼ εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος, γεγεννημένος δὲ ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνατετραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκριβείαν τοῦ πατρῷου νόμου, ζηλωτῆς ὑπάρχων τοῦ θεοῦ καθὼς πάντες ὑμεῖς ἐστὲ σήμερον.*

"*Ἄνδρες ἀδελφοὶ*, generalis alloquendi formula, quae maxime in orationibus adhiberi solebat. Cf. Act. 1:16; 2:29; 7:2; al.

*πατέρες*, *seniores populi*, nec defuerunt in conturbatione, cap. 21:27-40 narratâ; quam olim contra magistrum, nunc contra discipulum plebem excitant iidem.

Cum pluribus testibus (A. D. E. G. 38. al.) recte Griesbachius et Tischendorfius legunt *νυνὶ*; *μὲν* (post Ἐγὼ sect. 3) a Lachmanno et Ti-

schendorfio secundum A. B. D. E. omissum, non retinendum videtur; si enim librariis offenderit, quoniam non post Ἐγὼ scribi debuisset verum post γεγεννημένος<sup>1)</sup>), ut monent Meyerus et de Wettius, simpliciter vocabulum illud transposuissent, minime vero e textu prorsus rejecissent.

Sub iudice lis est, ubi ponendum sit comma; utrum post ταύτη, ut Griesbachius, de Wettius et Tischendorfius, ane vero post Γαμαλιήλ? Mihi sane posterior Meyeri aliorumque ratio magis arridet; ita enim duas habemus sententias parallelas, se invicem illustrantes,

alteram: ἀναπεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτη παρὰ  
τοὺς πόδας Γαμαλιήλ,  
et alteram: πεπαιδευμένος κατὰ ἀκριβείαν τοῦ πατρῶου  
νόμου.

ut ita formula: παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ respondeat alteri: κατὰ ἀκριβείαν τοῦ πατρῶου νόμου; Gamaliel enim, tanquam Pharisaeus<sup>2)</sup>), orthodoxam doctrinam tuebatur et rigidiorē legis Mosaicæ interpretationem atque observantiam prae Sadducæis aliisque sectis vindicabat.

ἐν τῇ πόλει ταύτη i. e. Hierosolymis. — παρὰ

1) Cf. hac de re Winerus *Gram.* §. 65. 5. pag. 644.

2) Cf. Neander, *Pflanz. u. Leit.* Tom. I. pag. 77: „So manche — ait — seinen (Gamalielis) Aussprüche, welche uns in der *Mischna* aufbewahrt sind, bezeichnen doch deutlich genug den strengen Pharisäer, wie ihn auch sein Schüler Paulus als solchen nennt; und das bleibende grosse Ansehn desselben unter den Juden beweiset genug, dass man seiner Rechtgläubigkeit keinen Vorwurf machen konnte.“

τοὺς πόδας Γαμαλιήλ, apud Judaeos mos erat ut discipuli humiliores sedillas sub cathedris magistrorum occuparent, ita ut capita discipulorum et pedes magistrorum pari distantia ab humo eveherentur. (Vitringa *de Synagoga Jud.* pag. 165 seq. aliique loci a Meyero ad hanc sect. laudati); de *Gamaliel* consulendus est Winerus *Realtw.* s. v., porro Deylingius <sup>1)</sup>, qui inter alia haec habet: „eo tempore doctores in scholis sedebant, discipuli autem coram magistris stabant. Quod ab antiquissimis inde temporibus ita observatum est usque ad *R. Gamalielis* interitum, qui annos octodecim ante Hierosolymorum excidium e vita excessit, si David Gans in suo *Zenach* pag. 36 rationes recte inivit. Testimonium istius ritus omni exceptione majus (*discipulos nempe non sedisse, sed stetisse*) exstat in *Megillah* fol. 21: a: Tradunt Rabbini: a diebus *Mosis* usque ad *Rabban Gamaliel* non didicerunt legem nisi *stantes*. At cum obiisset *R. Gamaliel* aegritudo invasit mundum ita ut discerent legem *sedentes*, unde et traditio est: משמת כבוד תורה רבן גמליאל בטל, ex quo *R. Gamaliel* mortuus est cessavit honor legis.”

κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῷου νόμου, secundum severitatem paternae legis, secundum severiorem legis interpretationem et tractationem, quae apud Pha-

1) Deyling, *Observ. Sacr.* part. tertiae, pag. 2860, vid. Greyling in *Henkii Museum*, Tom. III. pag. 242 seq.

risaeos invaluerat, quaeque cum indole ejus prorsus conveniebat, cf. Act. 26 : 5 *κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἴρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος*. — Non est, quod cum Kuinoelio νόμον intelligamus de „lege Mosaica una cum traditionibus, πατρικαῖς παραδόσεσι, ceremonias maxime spectantibus, et explicationibus, in quibus commendandis et exponendis Pharisei operam locabant;” de unâ lege Mosaicâ sermo est.

*ζηλωτῆς ὑπάρχων τοῦ θεοῦ*, Dei gloriam vindicandi studiosus; quomodo hanc suam zelotypiam monstraret continuo indicat, persequendo nempe Jesu asseclas, qui, ut ipsi videbatur, Dei honorem prorsus spernebant, legem ab Eo latam negligentes; quid? fidem habentes homini qui, in crucem ductus, ab ipso Deo erat maledictus!

Magnâ cum vi et efficacitate addit Paulus: *καθὼς πάντες ὑμεῖς ἐστὲ σήμερον*, et quam humanissimâ ratione popularibus suis indicat, coeco animi ardore duci ipsos, et licet putarent se unam Dei gloriam ob oculos habere, vel sic tamen illos, Jesum rejiciendo ejusque asseclas persequendo, Deum spernere; humaniter eos igitur compellat, dicens illos non nisi intimam, ut ipse antea, sequi animi persuasionem et uno Dei promovendi honorem flagrare studio, quo facilius ad mentes cordaque eorum viam sibi sterneret. Eundem hic animadvertimus Paulum, qui non diu antea ad populares suos Romae versantes scripserat (Rom. 9 : 1) seq.



Ἐπιβεβαιώω λέγων ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου ἐν πνεύματι ἀγίῳ, ὅτι λύπη μοί ἐστιν μεγάλη καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου· ἡσχόμην γὰρ ἀνάθεμα εἶναι αὐτὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, οἵτινες εἰσὶν Ἰσραηλιῖται, (cap. X:1 seq.) Ἀδελφοί, ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας καὶ ἡ δέησις πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ αὐτῶν εἰς σωτηρίαν, μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς ὅτι ζήλον θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν.

## SECT. 4, 5.

Ὡς ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα ἄχρι θανάτου, δεσμεύων καὶ παραδίδους εἰς Φυλακὰς ἀνδράσ τε καὶ γυναῖκας, ὡς καὶ ὁ ἀρχιερεὺς μαρτυρεῖ μοι καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον, παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὰς δεξιόμενος πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς εἰς Δαμασκὸν ἐπορευόμενος, ἄξων καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας δεδεμένους εἰς Ἱερουσαλήμ, ἵνα τιμωρηθῶσιν.

Ut jam diximus, his verbis indicat Paulus modum, quo pateret ipsius zelotypia; cf. Phil. 3:6, κατὰ ζήλον δικαίων τὴν ἐκκλησίαν.

Ὡς ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα ἄχρι θανάτου, ad mortem usque poenas de iis sumpsi, vid. cap. 8:3; 9:1; etiam Stephani mors est memoranda.

Ὁ ἀρχιερεὺς, qui tunc temporis munere sacerdotali fungebatur et adhucdum in vivis erat. Quod nostro loco πᾶν τὸ πρεσβυτέριον, in Evangelio Lucae cap. 22:66 dicitur τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ; addidit autem ibi mentionem ἀρχιερέων τε καὶ γραμματέων, quemadmodum alibi junguntur οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ

γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι vel πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ<sup>1)</sup>; dicuntur hi omnes τὸ συνέδριον constituisse.

μαρτυρεῖ μοι, *est testis meus, testatur, vel testari potest*; non futurum atticum sed praesens indicativi, ut recte monet Fritzschius ad Matth. 2:4, ubi copiosius hac de re disputat atque inter alia haec scribit: „quae autem Fischerus collegit futuri atticæ exempla e N. T., eorum pleraque vel specie destituta, pauca veri similia, nullum ab omni parte satis certum esse censemus.”

πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, *ad fratres Judaeos*, ut sponte patet non tantum e contextu oratione, verum etiam e loco parallelo cap. 9:2, ubi pro nostris verbis habentur: πρὸς τὰς συναγωγὰς. Minus recte igitur interpretatus est Bornemannus, praepositioni πρὸς vim τοῦ: κατὰ subjiciens: *contra fratres christianos*; ad ἐπιστολὰς δεξιόμενος haec verba referenda esse puto.

ἐκεῖσε, cum Wettio et Robinsonio<sup>2)</sup> s. 5. minime pro simplici ἐκεῖ accipio; hoc item loco praeferranda est significatio: *illuc*, ut recte monuerunt Meyerus et van Willes<sup>3)</sup>, belg. *derwaarts heen, daar naar toe*.

1) Omnes fere locos e N. T. attulit et accurate recensuit Hase-larius, pag. 26 seq.

1) Edward Robinson D. D. *a Greek and English Lexicon of the New Test.*, a new and improved edition by Negris and Duncan; Edinburgh, 1844.

1) B. v. Willes, *willegkundige opmerkingen in diar. bijdr. tot bevord. van Bijb. willegkunde*, Tom. III. pag. 79, 80; contra de

Ex nostro igitur hoc loco sponte patet, quam frigida sint ab Eichhornio et Greilingio inde rationalistarum commenta de Paulo mentis mutatione, jam ante iter Damascenum sensim sensimque praeparatâ; acsi nondum oblitus esset admonitionum Gamalielis, quo praeceptore usus fuerat, quique, in aliorum religione dijudicandâ insigni praeditus temperantiâ, eandem quoque aliis commendaret (cap. 5 : 34); quod quidem argumentum saepissime afferunt; acsi praeterea Stephani aliorumque christianorum plurium, ab ipso crudeliter tractatorum, cap. 7 : 59; 22 : 4, 19; 26 : 10; constantia et laeta Jesu Christi professio, ut et ea, quae ex iis de Jesu ejusque doctrinâ audivisset, contraria illis, quae magistri Judaici ei tradidissent, tantam vim in animum ipsius habuissent, ut de causae suae bonitate dubitare coeperit. Solemniter enim affirmat ipse Paulus, se ex intimâ animi persuasione Jesu assecclas esse persecutum, ratum se uno Dei honorem promovendi studio esse imbutum, et ad solennis hujus affirmationis veritatem comprobendam testes advocat summum sacerdotem

---

Wettium, qui e *Flav. Josepho* (Ant. Jud. Lib. III. c. II. § 1) locum ad partes vocavit, rite animadvertit: „de geheele spreekwijs moet in aanmerking genomen worden, als wanneer de woorden: *Μαχηρότατοι δὲ τῶν ἐκείως ἐθνῶν ὑπἤρχον*, van de Amalekiten ten tijde van Mozes gebezigd, een goeden zin opleveren: zij waren de krijgshaftigsten der volken, die naar dien kant zich ophiielden. Het trekken der Israëliten naar *Kanaän* moet men hier niet over het hoofd zien.”

nec non proceres Judaeorum, qui plenâ ad crudelissimum atque atrocissimum munus fungendum, auctoritate eum instruxerant ipsi<sup>1)</sup>).

## SECT. 6-11.

ἐγένετο δὲ μοι πορευομένη καὶ ἐγγίζοντι τῇ Δαμασκῶ περιεστράφαι Φῶς ἰκανὸν περὶ ἐμέ, ἔπεσά τε εἰς τὸ ἕδαφος καὶ ἤκουσα Φωνῆς λεγούσης μοι· Σαούλ, Σαούλ, τί με διώκεις; ἐγὼ δὲ ἀπεκρίθην· Τίς εἶ, κύριε; εἶπέν τε πρὸς ἐμέ· Ἐγὼ εἰμι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος ὃν σὺ διώκεις. οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες τὸ μὲν Φῶς ἐθεάσαντο καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο, τὴν δὲ Φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντος μοι. εἶπον δέ· Τί ποιήσω, κύριε; ὁ δὲ κύριος εἶπεν πρὸς μέ· Ἀναστὰς πορεύου εἰς Δαμασκόν, καὶ εἰ σοι λαληθήσεται περὶ πάντων ὧν τέτακται σοι ποιῆσαι. ὡς δὲ οὐκ ἐνόησον ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, χειραγωγούμενος ὑπὸ τῶν συνόντων μοι ἦλθον εἰς Δαμασκόν. Vid. ad cap. IX. sect. 2-8.

Verba: καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο omiserunt Lachmannus et Tischendorfius cum A. B. H. Syr. Arm. Vulg. al., sed retinenda videntur; nam per aberrationem oculorum ob ὁμοιοτέλετον verbi praecedentis facillime scribendo ea praetermittere potuerunt

1) Hocce argumentum egregie exposuit Lytteltonius loco supra jam a nobis laudato, pag. 434 seq.; cf. etiam Neander, qui, narrationibus hisce in concordiam redactis, historiam scripsit Pauli ad Christum conversionis in aureo libello: *Evang. Jahrb. für 1850*, herausg. von Prof. Ferdinand Piper, Lipsiae, 12mo. pag. 46—56.

librarii; neque transcripta sunt e loco parallelo, (cap. 9 : 7.) cum, recte monente Meyero, *εννοι* scripsissent.

*ἐγένετο* non apud Lucam tantum, verum apud alios item N. T. scriptores, cum accusativo et infinitivo construitur.

εἰς τὸ ἔδαφος „ad terram” LXX pro יָרָד Ez. 41 : 16, 20.

*ὣν τέτακται σοι ποιῆσαι*, quae constituta sunt tibi sive decreta ut faceres — *ὣν* per attractionem pro *ἄ*.

*ὡς δὲ οὐκ ἐνόησα*, quoniam non videbam, dum oculorum usu privatus eram.

*ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτός*, prae fulgore lucis.

#### SECT. 12-16.

Ἄγγελος δὲ τις, ἀνὴρ εὐσεβής κατὰ τὸν νόμον, μαρτυρούμενος ὑπὸ πάντων τῶν κατοικοῦντων Ἰουδαίων, ἔλθων πρὸς ἐμὲ καὶ ἐπιστάς εἶπέν μοι· Σαουλ ἀδελφέ, ἀνόηστος. καὶ γὰρ αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἀνόηστος εἰς αὐτόν. ὁ δὲ εἶπεν· Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν προεχειρίσατό σε γινῶμαι τὸ θέλημα αὐτοῦ καὶ ἰδεῖν τὸν δίκαιον καὶ ἀκούσαι φωνὴν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ὅτι ἔσῃ μάρτυς αὐτῷ πρὸς πάντας ἀνθρώπους ὡς ἐώρακας καὶ ἤκουσας, καὶ νῦν τί μέλλεις; ἀνοήτως βιάσῃ καὶ ἀπόλλυσαι τὰς ἀμαρτίας σου, ἐπικλησάμενος τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Cf. ad cap. IX. sect. 10-19.

*εὐσεβής* cum Griesbachio est retinendum se-

cundum optimos codices; — omittitur in A. Vulg. al.; hoc vero exinde est explicandum, quod redundare videbatur ob adjecta: κατὰ τὸν νόμον.

μαρτυρούμενος, testimonio probatus, cf. cap. 10 : 22. Notanda nobis sunt haec verba (sect. 12), quippe coram *Judaeis* enuntiata; scite enim monet Kuinoelius, Paulum de industriâ haec adjecisse, quoniam *Judaei* eum contemptorem legis criminati erant. Propterea memorat, se a viro, legis Mosaicae studiosissimo, eoque *Judaeis* Damascum inhabitantibus probato, ad Christi signa esse traductum.

ἀναβλέπειν duplici significatione nostro loco gaudet. — Primum significat *visum recuperare*, vid cap. 9 : 12, 17. LXX. pro הִבִּיט Jes. 42 : 18. coll. 61 : 1; porro etiam *adspicere* aut *spectare* significat, uti alterum illud ἀναβλέπειν mihi cum de Wettio contra Meyerum accipiendum videtur, cf. Marc 6 : 41. Tenendum autem est, Paulum Hebraice fuisse locutum (sect. 2); atque adeo ejusdem thematis diversis uti potuisse speciebus.

προεχειρίσαστό σε, constituit sive elegit te, cf. cap. 26 : 16 et 3 : 20. — τὸν δίκαιον, justum, quo significare vult *Christum*; cf. cap. 3 : 14; 7 : 52.

ὡν ἐώρακας, recte monentibus Kuinoelio et de Wettio, est pro ἐκείνων ἢ ἐώρακας et referendum ad μάρτυς.

βάπτισαι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας; metaphora ducta est a ritu immergendi in aquam, qui locum habuit apud illos, qui baptizabantur. Haud uno

loco N. T. scriptores lavationem sacram et peccatorum remissionem arctissime conjungunt; cf. Act. 2:38 εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν et 1 Cor. 6:11.

αὐτοῦ, ita lego cum Griesbachio et Tischendorfio secundum A. B. E. Syr. Vulg. al; — τοῦ κυρίου, quod vulgatur, est interpretamentum.

ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα αὐτοῦ, bene Wolfius, a Meyero laudatus: „postquam invocaveris atque ita professus fueris nomen Domini, tanquam Messiae. Id scilicet antecedere olim debebat initiationem per baptismum faciendum.” — αὐτοῦ male refert Grotius ad Deum Patrem, referendum est ad Christum.

SECT. 17-21.

ἐγένετο δὲ μοι ὑποστρέφαντι εἰς Ἱερουσαλήμ καὶ προσευχομένῳ μου ἐν τῷ ἱερῷ γενέσθαι με ἐν ἐκστάσει καὶ ἰδεῖν αὐτὸν λέγοντά μοι Σπεῦσον καὶ ἔξελθε ἐν τάχει ἐξ Ἱερουσαλήμ, διότι οὐ παραδέξονται σου μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ. καὶ γὰρ εἶπον Κύριε, αὐτοὶ ἐπίστανται, ὅτι ἐγὼ ἤμην Φυλακίζων καὶ δέρων κατὰ τὰς συναγωγὰς τοὺς πιστεύοντας ἐπὶ σέ· καὶ ὅτε ἔξεχύνετο τὸ αἷμα Σπεφάνου τοῦ μάρτυρός σου, καὶ αὐτὸς ἤμην ἐφειστός καὶ συνευδικῶν καὶ φυλάσσων τὰ ἱμάτια τῶν ἀναγινώσκοντων αὐτόν. καὶ εἶπεν πρὸς μέ· Πορεύου, ὅτι ἐγὼ εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε.

Quae ultimis his sectionibus traduntur, cap. IX non habentur, verum facillime suppleri possunt post ea, quae ibi sect. 26 leguntur.

*προσευχόμενου* est genitivus absolutus; a nonnullis parvi momenti testibus legitur *προσευχόμενον*, a Rinckio probatum; verum, neque momento, cuilibet in oculos incurrit, consulto mutata fuisse hanc vocem, ut eadem atque *ὀποτρῆ-ψαυτι* constructio existeret.

*ἐν ἐκτάσει*; significationem, quae huic voci subijcitur, melius exprimere non possum nisi verbis Meyeri ad Act. 10:10<sup>1)</sup> — „*der Zustand* (inquit), *in welchem das niedere Bewusstsein ganz zurückgetreten ist* 2 Cor. 12:2, 3, *und der Mensch der Sphäre sinnlicher Gebundenheit entrückt, in höchster Geisteserregung schaut und vernimmt was entweder ausser dem Bereiche materieller Existenz — wie hier — oder wenigstens materieller Wahrnehmung*

---

1) Hac de re conferri etiam meretur *Doct.* van den Ham in diario: *Jaarb. v. wet. theol.* Tom. V. part. 1. pag. 31 scribens: „De ziel, als het eigenlijke persoonsleven, het ik, verbindt de beide andere deelen, geest en ligchaam, met elkander, welke dus in geene onmiddellijke maar middellijke betrekking tot elkander staan. De geest kan alzoo buiten het ligchaam, en het ligchaam afgescheiden van den geest zijn. Het eerste heeft plaats in den toestand der exstase, wanneer de ziel in den geest voor eenen tijd aan de werking des ligchaams onttrokken wordt (Hand. X:10; XXII:17; vgl. 2 Cor. XII:2, 4; Openb. IV:2; XVII:3; XXI:10.) Zulks wordt een *zijn in den geest* genoemd, omdat de ziel alsdan leeft buiten het ligchaam, maar niet zonder den levendmakenden geest (1 Cor. V:3; VI:20; VII:34). Zoo kan de geest ook in mindere mate, vervuld met de dingen der onstoffelijke wereld, van de buitenwereld zijn afgetrokken, gelijk het alleen de geest des menschen is (1 Cor. II:11), die weet hetgeen des menschen is. Dan maakt b.v. het geruisch rondom ons weinig of geenen indruk op onzen geest, daar het niet tot hem doordringt, maar slechts tot het onbewaste ziele-



ist wie 2 Cor. I. 1." Apposite monet Haselarius pag. 59, consentiente Kuinoelio pag. 750, formulâ: οὐ παραδέχονται σου τὴν μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ per litoten plus intelligi, quam verbis effertur, atque adeo hanc iis sententiam subesse: *adversarii tui disciplinam tuam vi adhibita suppressere conabuntur*; atque mandato sect. 18 σπεῦσον, et ἔξελεθε ἐν τάχει ἐξ Ἱερουσαλήμ ejusque repetitione sect. 21, πορεύου ὅτι ἐγὼ εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε, haud ambiguam de periculo morae contineri admonitionem. Corroboratur haec sententia collato loco parallelo, cap. 9: 29, 30.

περὶ ἐμοῦ non ad μαρτυρίαν est referendum; tunc enim scripsisset: μαρτυρίαν τὴν περὶ ἐμοῦ, (vid. Winerus *Gram.* § 19. 2 pag. 157) verum ad οὐ παραδέχονται. — Sensus est: *non accipient testimonium tuum meam ob causam*; cf. Meyerus. De Wettius in constructione haerere videtur, saltem sententiam suam non exposuit, unam allegans Wineri interpretationem, adjecto signo interrogandi.

αὐτοὶ ad Judaeos extra Hierosolyma versantes Heinrichsius referens, male hunc locum sic interpretatus est „*idcirco iter Apostolicum extra urbem detrectat, quod undique odio petatum se iri praevidet,*

---

leven. Wij kunnen te gelijker tijd bewust en onbewust werkzaam zijn, hetgeen duidelijk doet zien, dat de zinnelijke wereld slechts middellijk door de ziel op onzen geest werkt." Cf. et Neander l. l. pag. 149, 153 seq.

*Hierosolymis autem in Apostolorum collegio delitescere se posse opinatur;*” — sed sponte patet vocem: *αὐτοῖς* esse referendum ad subjectum τοῦ: *ὃ παραδέξονται*, ad eosdem illos Judaeos, qui teste Domino *μαρτυρίαν* ejus respuerent. Neque video, quomodo e Pauli verbis Haselario (vid. pag. 60.) „constare videri” potuerit „acceptum de abitu mandatum ipsi non valde placuisse.” Hisce verbis hoc tantummodo, ut mihi videtur, sibi vult Apostolus: sperare se, fore ut bono cum eventu periculum faceret Evangelium annuntiandi inter populares suos Hierosolymitanos, quippe quibus probe cognitum erat, quantum olim studii et operae impendisset in religione Judaicâ vindicandâ, inque sectam omnibus infestissimam penitus extirpandâ; sperat igitur, si vel nullius alii, tamen *ipsius μαρτυρίαν* acciperent. <sup>1)</sup>

Mandatum autem suum repetit Dominus additque: *ἐγὼ εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε* — cf. cap. 13:3.

1) Hanc interpretationem suo jam tempore amplexus est Hesi-  
sius, (*Gesch. u. Schriften der Apostel Jesu*, Tübingen 1788,  
Tom. I. pag. 162) scribens: „Eben so wichtig und folgreich musste  
diese Begebenheit seyn, wenn man sie mit Rücksicht auf die uebrige  
Judenschaft betrachtet. Manchen konnte wohl nichts als eben die  
Aenderung eines solchen Manns, der vorher so ganz andere Gesin-  
nungen hegte, auf die Gedanken bringen, es müsse doch etwas an  
der Sache seyn,“ et in annotatione adjiciens: „Dies brauchte auch  
Saulus als einen Grund, warum er hoffte, dass sein Aufenthalt zu  
Jerusalem nicht ohne Nutzen seyn würde, als der Herr ihm die Stadt  
zu verlassen befahl.“

Calovius apposite ad h. v. animadvertit „commemorat hoc Judaeis Paulus, ut eis declararet summum amorem, quo apud eos cupivit manere eisque praedicare.”

IV.

ANNOTATIO

IN

PAULI ORATIONEM

CORAM AGRIPPA HABITAM.

ACT. APOST. XXVI: 1-23.

---

Quae hocce capite traditur oratio, ab Apostolo Caesareae est habita, coram rege Agrippâ cum uxore ejus Berenice et Festo Procuratore, duos et quod excurrit annos post enuntiatam illam, quam supra exposuimus. Provocat denno ad miros illos eventus, quibus in itinere Damasceno permotus fuerat ad Jesu Christi Evangelium amplectendum, et ostendit, quam ineptae sint criminationes Judaeorum, eum legem Mosaicam prorsus spernere et contemnere. Videmus autem Apostolum per integram orationem hoc imprimis spectare, ut auditores miserae eorum extra Christum conditionis

argueret, quomagis per Christum aeternam salutem adipiscerentur. E singulis fere hujus orationis verbis hoc ejus consilium nobis in oculos incurrit. Quid mirum? Ab initio inde Dominus jam ei indicaverat, quod nomen ejus coram ipsis regibus esset annunciaturus (cap. 9:16), nunc vero opportunitatem, quam diu jam exspectaverat, nactus erat!

## SECT. 1—3.

Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη· Επιτρέπεται σοι περὶ σεαυτοῦ λέγειν. τότε ὁ Παῦλος ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἀπελογεῖτο· Περὶ πάντων ὧν ἐγκυλοῦμαι ὑπὸ Ἰουδαίων, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ἤγημαι ἐμυτὸν μακάριον ἐπὶ σοῦ μέλλων σήμερον ἀπολογεῖσθαι, μάλιστα γνώστην ὄντα σε πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν τε καὶ ζητημάτων· διὸ δέομαι μικροθύμως ἀποῦσαί μου.

περὶ σεαυτοῦ, ita cum Lachmanno et Tischendorfio secundum A. C. E. 13. al. mihi legendum videtur; fortasse ob proxime sequens περὶ a librario male sedulo mutatum est in ὑπὲρ, quod exprimunt *Receptus*, Knappius et Scholzius.

ἐκτείνας τὴν χεῖρα non idem esse atque κατασεῖσας τῇ χειρὶ, cap. 12:17, recte monet Meyerus; hoc enim indicat, silentium apud auditores sibi comparare voluisse Petrum; illud autem notat Paulum secundum antiquum oratorum morem dextram suam extendisse. „Porrigit dextram et ad instar oratorum conformat articulum, duobusque infinis

conclusis digitis caeteros eminentes porrigit" ut scribit Apulejus, *Metamorp.* 2, pag. 54.

Ante Ἰουδαίων articulus omittitur, quoniam non de certis quibusdam Judaeis sermonem facit, verum, recte animadvertente de Wettio, universe de Judaeis in genere: felicem se praedicabat, quoniam de rebus Judaicis ei licitum erat agere coram Agrippâ, quippe in iis maxime versante.

γνώστην ὄντα; accusativus h. l. absolute ponitur, cf. Winerus, *Gram.* §. 64. II. 2 et §. 32. 7, ubi plura hujus rei exempla sunt allata, uti et a Kuinoelio ad h. l. Verbulum σου post δέομαι delendum esse puto secundum A. B. E. 15 al. Vulg. Arm. Lachmannum et Tischendorfium.

Sapienter prudenterque orationem suam incipit Paulus, benevolentiam auditorum captare studens.

#### SECT. 4, 5.

τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος, τὴν ἀπ' ἀρχῆς γενομένην ἐν τῷ ἔθναι μου ἐν τε Ἱερουσολύμοις, Ἰσραὴν πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, προγινώσκοντές με ἄνωθεν, ἐὰν θέλωσιν μαρτυρεῖν, ὅτι κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἴρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος.

Habetur hic ipsius apologiae initium. τὴν ἀπ' ἀρχῆς — ἐν τε Ἱεροσ. est epexegetis proxime praecedentis: τὴν ἐκ νεότητος; — — βίωσις, ut Lat. *vita*, notat *vivendi rationem*, vid. Robinson, s. v.

προγινώσκοντές με ἄνωθεν, dum, sive quoniam, a pri-

mis inde temporibus me notum habebant. ὅτι κατὰ τὴν — Φαρισαίως, indicat his verbis Paulus *quid* de eo noverint Judaei: cum scilicet rigidissimae sectae religionis Judaicae — Pharisaeos puta — fuisse asseclam; cff. quae supra scripsimus ad cap. XXII: 3.

προγινώσκοντες, non cum Kuinoelio pro simplice γινώσκοντες est accipiendum, verum premenda est significatio praepositionis.

## SECT. 6, 7.

καὶ νῦν ἐπ' ἐλπίδι τῆς εἰς τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐπαγγελίας γενομένης ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἔστηκα κρινόμενος, εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλλον ἡμῶν ἐν ἐκτενεῖν νύκτα καὶ ἡμέρῃ λατρεύον ἐλπίζει καταντῆσθαι περὶ ἧς ἐλπίδος ἐγκυλλοῦμαι ὑπο Ἰουδαίων, βασιλεῦ.

ἐπ' ἐλπίδι τῆς εἰς, ita cum Lachmanno et Tischendorffio secundum A. B. E. 13 al. est legendum; πρὸς verosimiliter est emendatio, ad normam cap. 13:23. — Post πατέρας cum Griesbachio, Tischendorffio A. C. E. 25 al. et plurimis versionibus antiquis restituendum est ἡμῶν, quod a nonnullis omissum est, quoniam in proxime accedentibus idem hoc repetitur pronomen.

ἐπ' ἐλπίδι, propter spem, non tantum resuscitationis e mortuis, uti Grotius, verum universe regni Messiatice, quod e sequentibus sponte patet; haec

enim spes a totâ gente Judaica fovebatur, illa nequaquam.

ἐν ἐκτενεΐᾳ pro ἐκτενω̄ς 1 Petr. 1 : 22. יְהוּדָיִם, Jon. 3 : 8. — λατρεῖον, non video, quare cum de Wettio ad h. v. de jejuniis cogitaremus. — εἰς ἣν scilicet ἐπαγγελίαν — δωδεκάφυλον, non nisi in nostro loco obvium, significat universum populum Judaicum, sive totius gentis complexum; cf. Jac. 1 : 1. ubi de duodecim tribubus mentio injicitur. Post βασιλεῦ vulgatur Ἀγρίππα; a librariis autem, recte monente Meyero, est suppletum; non legitur apud A. B. C. E. 13. al. Vulg.

Articulus ante Ἰουδαίων secundum optimos quosque testes cum Griesbachio est delendus, cf. ad sect. 2. — Indicare vult Paulus, se summâ injuriâ fuisse accusatum a *Judaeis* (door *Joden*, non adeo door *de Joden*) quippe qui prorsus eandem atque ipse spem fovebant. — νύκτα καὶ ἡμέραν : indefesso studio.

#### SECT. 8.

τί; ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῶν εἰ ὁ θεὸς νεκροῦς ἐγείρει;

Haec spes, teste Paulo, per unum Christum e mortuis resuscitatum rata fieri potuit; hujus autem resuscitationis, quam Judaei acriter impugnarunt, imo prorsus rejecerunt (cf. cap. 25 : 19), sibi persuasissimus Paulus, atque unicam suam spem et expectationem in eâ reponens, commoto animo



exclamat: quid? anne incredibile judicatur apud vos, Deum mortuos in vitam posse revocare?

*εἰ*, non pro *ἔτι*, ut Kuinoelius, sed problematice nobis rem informat: „an mortuorum resuscitatio est res, quae Dei vires prorsus superat?” Off. de Wettius, Meyerus et Winerus, *Gram.* § 41. 2; „si igitur Deus mortuos in vitam revocare possit — uti vos Judaei proculdubio conceditis — cur ergo fidem denegatis nobis testantibus, Jesum a Deo in vitam revocatum, adeoque Messiam esse?”

SECT. 9-11.

*ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἑμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι ὃ καὶ ἐποίησα ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ πολλοὺς τε τῶν ἁγίων ἐγὼ ἐν Φυλακαῖς κατέκλεισα, τὴν παρὰ τῶν ἀρχιερέων ἐξουσίαν λαβὼν, ἀναιρουμένων τε αὐτῶν κατήνευκα ψῆφον, καὶ κατὰ πάσας τὰς συναγωγὰς πολλάκις τιμωρῶν αὐτοὺς ἠνάγκαζον βλασφημεῖν, περισσῶς τε ἐμμαινόμενος αὐτοῖς ἔδωκον ἕως καὶ εἰς τὰς ἔξω πόλεις.*

Pergit Apostolus brevem vitae suae tradere conspectum. Dicit enim, se ipsum etiam (particula *οὖν* nostrum locum cum proxime praecedentibus arcte connectit) praejudicatarum gentis suae opinionum olim fuisse participem seque hanc ob causam infestissimo erga Jesu nomen odio flagravisse.

*ἔδοξα ἑμαυτῷ, mihi videbar;* — vid. Wetstenius ad h. l., qui plura hujus constructionis attulit exempla.

πρὸς τὸ ὄνομα Ἰ. — *contra nomen*, quod idem valet atque *contra ipsum Jesum Nazarenum*, cff. Matth. 10:22; 19:29. coll. Mar. 10:29.

ὁ ad proxime praecedentia: πολλὰ ἐναντία πρᾶξιαι est referendum. — καὶ πολλοὺς κ. τ. λ.; jam speciatim explicare pergit, quid reapse contra Jesu nomen egerat; ejus nempe sectatores crudeliter erat persecutus. — τῶν ἁγίων non est, ut statuit de Wettius „*unbewusster Gebrauch des nur für Christen verständiglichen Ausdrucks*“, quippe bene sui conscius fuit Apostolus, hac voce utens. Coram rege profiteri voluit Christianos nequaquam, uti adversarii eos calumniabantur, peccatis indulsisse, verum dignissimos eos esse τῶν ἁγίων appellationis, quae ab aevo de piis Dei cultoribus inter Judaeos invaluit et etiam tunc valebat 1). Cum Griesbachio et Tischendorfio praepo-

1) Cf. quae hac de re scripsit doct. A. Niermeijer, in diario *Jaarboeken v. wet. theol.* 1.1. pag. 115: „Uit het Jodendom ontleende men woorden en uitdrukkingen, om hetgeen de Christenen betrof, aan te duiden. Daaronder behoorde ook ἐκκλησία en ἄγιοι (C edner, *Einl.* I. S. 399). Het spraakgebruik der LXX had het reeds vóór de vestiging des Christendoms tot eene gewoonte gemaakt, dat men het λαὸς τοῦ Θεοῦ de ἐπικαλούμενοι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ enz., in welk eenen toestand ook uitwendig verkeerende, niet slechts ἄγιοι, maar ook ἐκκλησία noemde. Op het Christendom overgebracht, had dit zich reeds vast in de volkstaal gevestigd vóór Paulus tot het Christendom toetrad. Wat laut zich anders veronderstellen, dan dat hij vóór zijne bekeering zich, ten aanzien van zijne toenmalige geloofsgenooten geschikt heeft naar het eeuwen oude spraakgebruik? Maar wat dan ook, dan dat hij, gelijk alle anderen, dit gebruik bij zijnen overgang tot het Christendom medebragt, en zelfs toen de gedachte niet bij hem is opgekomen, om later van hetgeen onuitroeibaar vast van de volkstaal was ingevlochten, afte wijken.“

sitio ἐν ante Φυλακῆς secundum optimos testes A, B, C, E, G, 18. 25 al. Vulg. est restituenda.

ἀναιρουμένων τε αὐτῶν est genitivus absolutus: „dum illi suppliciis mortique tradebantur.” Plerique interpretes Paulum plurali usum fuisse putant pro singulari, et haec verba ad Stephanum referunt; quam numeri enallagen h. l. probavit Kuinoelius. Verum male, ut mihi videtur; nam non de uno Stephano cogitandum esse, verum universe de aliis etiam martyribus, nobis ignotis, docent cap. 8:1 et 9:1.

κατήνεγκα ψῆφον „assensu meo comprobavi,” „calculum adjeci” sive potius „toto corde, ex intimis medullis consensum praebui.” Praepositio enim κατὰ vim addit voci, cujus non eadem est vis atque verbi φέρειν.

βλασφημεῖν, scilicet τόν Ἰησοῦν, cf. sect. 9.; quam crudelissima fuerat haec ejus agendi ratio, acute nunc persentisebat Apostolus. Scilicet non satis duxerat poenas ob religionem suam de iis sumere, verum ipsos etiam coegit maledicere optimo suo Conservatori, quo neminem in terris aut in coelis cariorem habebant aut quem majore amore ex intimo corde amplectebantur! In talem igitur contumeliam et opprobrium effundere eos coegerat! Cf. et Plinius Epp. X. 95. „cum praeunte me (ita ad Imperatorem Trajanum scribit) deos appellarent, et imagini tuae, quam propter hoc jusseram cum simulacris numinum afferri, thure ac vino supplicarent, prae-

*terea maledicerent Christo, quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt revera christiani, dimittendos ego putavi*<sup>1)</sup>. — ἕως καὶ εἰς τὰς ἕξω πόλεις, ad extraneas — extra Palaestinam sitas — urbes usque." Continent haec verba, recte monente Meyero, introductionem in ea, quae sequuntur, quibus narrat Paulus, quomodo in itinere Damascus ipsi se revelaverit Jesus Messias.

## SECT. 12-15.

Ἐν οἷς πορευόμενος εἰς τὴν Δαμασκὸν μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς τῆς παρὰ τῶν ἀρχιερέων, ἡμέρας μέσης κατὰ τὴν ὁδὸν εἶδον, βασιλεῦ, οὐρανόθεν ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου περιλάμψαν με Φῶς καὶ τοὺς σὺν ἐμοὶ πορευομένους πάντων τε καταπεσόντων ἡμῶν εἰς τὴν γῆν ἤκουσα Φωνὴν λαλοῦσαν πρὸς μετὴ Ἑβραϊδὶ διαλέκτῳ Σαούλ, Σαούλ, τί με διώκεις; συληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. ἐγὼ δὲ εἶπα· Τίς εἶ, κύριε; ὁ δὲ κύριος εἶπεν· Ἐγὼ εἰμι Ἰησοῦς ὃν σὺ διώκεις.

ἐν οἷς, in quibus patrandis — persecutionibus nempe excitandis; cf. cap. 24: 18 ἐν αἷς εὗρον με κ. τ. λ. — vocabulum καὶ, secundum A. B. C. E. al. in Vulg. Copt. Theoph. cum Tischendorffio (edit. 1<sup>a</sup>), delendum censemus. — τῆς παρὰ cum Griesbachio et Tischendorffio (edit. alterâ) retinen-

1) Integrum locum adduxit Gieselerus, *Comp. hist. eccl.* Tom. I. part. 3. § 33.

dum videtur; cum vero redundare videretur librariis, facile ab iis omissum.

*ἡμέρας μέσης*, meridiē; est genitivus temporis, cf. Winerus *Gram.* § 30, 11 pag. 235 seq., ubi plura hujus constructionis afferuntur exempla.

*κατὰ τὴν ὁδόν*, in viā, dum iter faciebam, cf. Luc. 10:4; Act. 25:3.

*ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα κ. τ. λ.*, „supra fulgorem solis, eo longe praestantior” Philem. vs. 16; Mat. 10:37; vid. et Winerus *Gram.* § 53, e. pag. 479, — de ipsā re cf. ad cap. 9:3; 22:6.

Cum A. B. C. E. 15. 18. al. Syr. utr. Arm. al. Lachmannus et Tischendorfius (edit. 1<sup>a</sup>) recte omiserunt verba *καὶ λέγουσιν*, quae vulgantur. — Probanda videtur Meyeri conjectura stantientis, haec verba e cap. 9:4; 22:7 hīc esse transcripta.

*τῆ Ἑβραϊδὶ διαλέκτῳ*; ne specie quidem argumenti nititur Kuinoelii opinio, monentis haec verba serius esse addita, postquam quaestio orta esset, quanam dialecto Jesus fuerit usus. — Nihil enim mirum, quod Paulus *hīc* mentionem injecerit de linguā, quā usus est Christus, nam non Hebraicā, verum Graecā dialecto orationem coram Agrippā habuit, Hierosolymis autem hebraice est locutus.

*σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν* — „durum est tibi contra stimulum calcitrare; sententia est proverbialis a bobus et equis desumpta, qui dum stimulis punguntur (sunt verba Calvinī ad Act. 9:5),

calcitrando nihil proficiunt, nisi quod stimulis altius infixis malum duplicant." — Idem dicendi genus neque Graecis scriptoribus incognitum fuit, vid. Aesch. Agam.: Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, aliosque locos a Graecis et Latinis scriptoribus alatos apud Grotium. — Significatur his verbis: temerarium est obniti iis, quos vincere nequeas; vel, noxium tibi erit resistere potentiori, ipse tibi nocebis resistendo. Cf. Haselarius, pag. 38, l. l.

Ob externam testium auctoritatem (A. B. C. E. 18. 25, 36. al. Syr. utr. Arm. Vulg. al.) cum Tischendorfio retinere malim verbum κύριος.

## SECT. 16—18.

ἀλλὰ ἀνάστηθι καὶ στήθῃ ἐπὶ τοὺς πόδας σου· εἰς τοῦτο γὰρ ᾤφθην σοι, προχειρίσασθαι σε ὑπηρέτην καὶ μάστιγα ὧν τε εἶδες ὧν τε ὀφθήτομαί σοι, ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ ἐκ τῶν ἐθνῶν, εἰς οὓς ἐγὼ ἀποστέλλω σε ἀνοίξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, τοῦ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς Φῶς καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ σατανᾶ ἐπὶ τὸν Θεόν, τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ κλήρου ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πιστεῖ τῇ εἰς ἐμέ.

εἰς τοῦτο προχειρίσασθαι κ. τ. λ.; cf. Rom. 2 : 3, ubi idem habetur hujus pronominis usus; γὰρ, ad praecedentia ἀνάστηθι κ. τ. λ. referenda, causam indicat, ob quam bono esse debebat animo deque humo surgere.

προχειρίσασθαι, vid. ad cap. 22 : 14; ὧν τε δὲ φησὶ  
 μι σοι. — ὧν idem valet atque ἃ — et ἃ pro δι' ἃ;  
 cf. locus, quem attulit Meyerus e Soph. Oedip.  
 Tyran. 788., ubi ὧν μὲν ἰκόμεν; δὲ φησὶμαι passive mihi  
 accipienda videtur. Hunc in modum locus est  
 expediendus: „et earum rerum (ministrum et testem)  
 de quibus tibi videbor.”

Ἐξαιρούμενός cum δὲ φησὶμαι constructione conjun-  
 gendum esse puto: „te liberans sive eripiens” cf.  
 cap. 7 : 10; 12 : 11; non „elicens,” uti Kuinoelius,  
 ut ita significaretur Paulum fuisse σκεῦος ἐκλογῆς  
 cap. 9 : 15; nam huic interpretationi obstat illud  
 καὶ τῶν ἐθνῶν, quod de Paulo sane, Judaeo illo, non  
 ethnico, dici nequit; — ὁ λαός, κατ' ἐξοχὴν ponitur  
 pro populo Judaico.

Bene Calvinus ad h. l. scribit: „Hic arma-  
 tur contra omnes metus, qui eum manebant, et  
 simul praeparatur ad crucis tolerantiam.” εἰς οὓς,  
 Judaeos scilicet et ethnicos; cf. etiam ad sect. 19 et 20.

Pro οὖν, cum A. B. E. G. 4, 14, 18. Arm.  
 Syr. al. Chrys. al. legendum puto Ἐγὼ; — ἀνοίξαι  
 δὲ φθαλμοὺς αὐτῶν, aperire oculos animi eorum, ut τῆν  
 ἀλήθειαν perciperent. Cf. Eph. 1 : 18. πεφωτισμένους  
 τοὺς δὲ φθαλμοὺς τῆς καρδίας.

τοῦ ἐπιστρέψαι κ. τ. λ.; apertis eorum oculis hoc  
 consequeretur, ut se converterent de tenebris, er-  
 roribus scilicet et peccatis, in quibus versabantur,  
 ad lucem, veritatem et virtutem.

καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ σατανᾶ ἐπὶ τὸν θεόν; hisce verbis continetur alterum membrum, proxime praecedentibus parallelum, ita ut singulae partes sibi invicem respondeant: „de potestate Sata- nae” (cujus est regnum tenebrarum) „ad Deum,” (qui est τὸ Φῶς 1 Joh. 1:5); postrema hujus sententiae pars magis τοὺς ἔθνους, qui ἄλλοι ἐν τῷ κόσμῳ dicuntur spectare mihi videtur, quamquam latiori sensu etiam valet de omnibus, supersti- tioni, inscitiae et improbitati deditis, rerum divi- narum adeo ignaris, Dei Christique adversariis regni igitur coelestis nondum civibus, verum τοῦ κόσμου τούτου, cujus Satanas ὁ ἄρχων nuncupatur; Joh. 12:31; 16:11.

κλήρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, LXX pro נַחֲלָה Deut. 4:38; Jos. 11:23; nostro loco, uti alibi cap. 20. 32; Gal. 3:18; Eph. 1:14 de possessione regni coelestis summisque ejus privilegiis<sup>1)</sup>.

πίστις<sup>2)</sup> est conditio sine qua non, sed non ὁβ- quam regni coelestis fiamus participes ejusque be- neficiis fruamur.

Paulus nostro loco conjunctim commemorat verba, quae cum eo locutus est Jesus in itinere Damasceno

1) Cf. Steiger, in comm. ad priorem Petri epist. pag. 76 et Tholuckius, Ausleg. der Bergpred. pag. 87 seq.

2) De hujus vocis vi apud Paulum vidd. maxime Usteri, Ent- wicklung des paul. Lehrbegriffes, 1834, pag. 408 seq. Neander, l. l. II. 720—736. Baurus, „Paulus” u. s. w., pag. 536 seq. 578 aliisque locis.



(cap. 9:5) et ea, quae ei Ananias, jubente Jesu, dixit (cap. 9:15). Hoc sane pertinebat ad libertatem oratoris nihilque detrahit de veritate rerum in facto positarum, quas Lucas nobis narravit, ut temere quidem statuit Baurus II. pag. 63, licet hoc non magnopere urgeat <sup>1)</sup>).

## SECT. 19, 20.

*ὄθεν, βασιλεῦ Ἀγρίππα, οὐκ ἐγενόμην ἀπειθῆς τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίῳ, ἀλλὰ τοῖς ἐν Δαμασκῷ πρώτον τε καὶ Ἱεροσολύμοις εἰς πᾶσαν τε τὴν χώραν τῆς Ἰουδαίας καὶ*

---

1) Cf. Bretschneiderus, Dogm. I. I. I. pag. 322 annot: „Man kann dieses dadurch erklären, dass Paulus, da er vor dem König Agrippa sprach, für gut fand die Erzählung zusammen zu ziehen, und daher gleich der himmlischen ὀπτασίῳ in den Mund zu legen was erst in Damaskus durch Ananias an seine seele kam;“ et da Costa I. I. pag. 64. „Voor Agrippa en Festus wordt de tusschenkomst van Ananias niet meer gemeld. Alles aldaar trekt zich te zamen in hetgeen Paulus zelve gezien, gehoord, vernomen, in last ontvangen heeft. Wat gewicht kon er voor Koning of Stadhouder te Cesaréa in den naam van een aan de wereld geheel onbekenden Joodschen Nazarener te Damascus, voor het getuigenis dat hier de Apostel aflegt, gelegen zijn? Hetgeen derhalve door den mond van Ananias van des Heeren wege hem bij die eerste ontmoeting is te kennen gegeven, dat trekt hij met de woorden, die hij onmiddellijk zelf op den weg gehoord heeft, allereigenaartigst, dat is, met alle de vrijheid der waarheid, tot een geheel te zamen. Maar terwijl hij aldus de tusschenruimte der oogenblikken minder in acht neemt, maakt hij van den kostbaren tijd en gelegenheid een zooveel te ruimer gebruik tot die zeer uitvoerige en gebijzonderde uiteenzetting van den Evangelieelast, die hem van den Heer en door Ananias, natuurlijk in veel weiniger woorden, was opgelegd, maar die hij nu op de consciëntien zijner hoorders te Cesaréa met evenveel nadruk als klaarheid te huis brengt.“

ταῖς ἔθνεσιν ἀπήγγελλον μετανοεῖν καὶ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεόν, ἅξια τῆς μετανοίας ἔργα πράσσοντας.

Ἔθεν „quam ob causam” cf. Matth. 14 : 7; Hebr. 2 : 17; 3 : 1.

τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ, visioni, quae οὐρανόθεν (sect. 13) ei contigerat.

εἰς πᾶσαν τε τὴν χώραν τῆς Ἰουδαίας; his verbis cogitando supplendus est articulus (ταῖς) e proxime antecedentibus: qui terram Judaicam habitabant.

Recte sane, et vel sic tamen immerito de Wettius ad nostrum locum animadvertit, Lucam nullam hujus rei mentionem injecisse ad cap. 9 : 28 seq.; ibi enim scriptor tradere non potuit, quae hic habentur, quippe nondum locum habuerant. Porro tenendum est, Paulum haudquaquam sibi voluisse omnia exponere et certo quasi ordine enarrare, quae ei ab illo inde die in itinere Damasceno evenerint; verum universe indicare, se Evangelium praedicando coelesti mandato morem gessisse. Hoc enim quotidiano usu ubique obtinet. Summâ adeo injuriâ haec animadvertit vir doctissimus. Haec enim verba nostro loco plura indicant, quam primo obtutu continere videntur (sin vero vel Lucae fidem historicam non impugnat auctor, ejus vim tamen maxime frangit,) imprimis ratione habitâ eorum, quae scripsit pag. 86 „so dass man die Ungenauigkeit des Lukas in Nebenumständen nicht leugnen kann.” Utroque autem loco (Act. 26 : 20 et 9 : 28 seq.) inter se collato, ne speciem quidem argumenti ex

iis depromi posse ad hanc de Wettii sententiam comprobendam, equidem affirmare ausim <sup>1)</sup>).

SECT. 21, 22.

Ἔνεκα τούτων με οἱ Ἰουδαῖοι συλλαβόμενοι ἐν τῷ ἱερῷ ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι. ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ἔστηκα μαρτυρούμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ, οὐδὲν ἐκτὸς λέγων ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι καὶ Μωϋσῆς.

Ἔνεκα τούτων, has ob res, quas scilicet jamjam exposuerat. Maxima sane his verbis vis inest et efficacitas ad comprobandum non tantum, quam ineptae sint Judaeorum criminationes, atque ita ad Apostolum nostrum prorsus exculpandum, verum etiam ad Judaeos arguendos repugnantiae contra mandatum coeleste, cui Paulus morem gerebat, quando eum in templo captum ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι. Posteriorem hanc vocem recte explicuit Beza „manibus suis interficere” cf. cap. 5: 30.

ἐπικουρίας οὖν τυχὼν κ. τ. λ. „auxilium igitur Dei nactus” ad finem suam adducit orationem, ut recte viderunt de Wettius, Winerus <sup>2)</sup> alique; aliam

1) De hoc de Wettii omnia in dubium vocandi studio eff. quae egregie scripsit doct. van Oosterzee in diario *Jaarbb. v. Wet. Theol.*, Tom. VIII. part. 2. pag. 348, 476 aliisque locis.

2) Vid. ejus *Gram.* ed. 5. § 57, pag. 534, ubi legitur: „Act. 26: 22 ist nicht Gegensatz zu vs. 21, sondern P. concludirt, sein apostol. Leben bis zu dieser Gefangennehmung überschauend: so stehe ich nun mit Gottes Hülfe bis auf diesen Tag u. s. w.”

sententiam propugnavit Meyerus, particulam *ὄν* ad proxime praecedentia referens.

*ἔστινα*, illaesus sto.

*μαρτυρόμενος* (ita enim lego cum de Wettio, Lachmanno, Knappio et Tischendorffio, probante etiam Griesbachio secundum A. B. G. 1. 15. 26. 40 al. Chrys. Theophyl. al.) *μικρῶ τε καὶ μεγάλῳ* „minori aequae ac majori testificans” sive ut liberius Kuinoelius „omnis generis homines instituens,” quam interpretationem, a de Wettio etiam acceptam, cum contextu oratione bene convenire, sponte patet: — nam ut difficillimam hanc Evangelium praedicandi *ομιβις* (*Ἰουδαίους σκάνδαλον*, *ἔθνεσι μωρίζειν* 1 Cor. 1:23!) operam navaret, Dei omnino auxilio ei opus erat, sine quo jam diu pessumdatus esset. Sententiae Bretschneideri et Meyeri, quae propriis eorum verbis sic se habet: als einer, der von Klein und Gross bezeugt wird, d. h. der von Jung und Alt ein gutes Zeugniß hat,” haec duo obstant: primum, quod vocabulum *μαρτυρεῖσθαι*, quando passivam hanc habet significationem, cum praepositione *ὑπὸ* sequente genitivo cap. 10:22; 16:2; 22:12, minime vero cum simplici dativo usurpatur; deinde, cum historia Pauli prorsus pugnat, quem non ubivis amicos, verum potius inimicos nactum fuisse rectius dicere possumus! 1).

1) Hoc argumentum pluribus exposuit vener. J. van Leeuwen,

ὡν nostro loco idem valere atque τούτων ἢ recte monuerunt Meyerus et de Wettius.

## SECT. 23.

εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Φῶς μέλλει καταγγέλλειν τῷ τε λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσιν.

Narrat Paulus duas quaestiones, quas se ducibus Moyse et prophetis indagare dicit: primam „*utrum patibilis sit Messias.*” Eī non ponitur pro ὅτι, cf. ad sect. 8, sed rem proponit, quae quaestionis instar informatur; παθητὸς non, uti vult Kuinoelius „qui pati debet” hoc esset ἔδει παθεῖν Luc. 24:26, sed „*qui pati potest,*” quod ipse Kuinoelius largitur esse primam hujus vocis significationem; „liable to, or susceptible of suffering” uti Donnegan et Robinson in Lexicis ad h. v., cf. Plat. IX, pag. 501 παθητὰ σώματα; secundum praejudicatas Judaeorum tunc temporis opiniones Messias pati non potuit <sup>1)</sup>. Hoc igitur maximi erat momenti, ut ex ipso eorum codice sacro probaret „*patibilem esse Messiam.*” Altera quaestio haec erat,

„over den tegenstand, dien Paulus in zijnen werkring ondervond.” Bijdrage tot de kritiek van Baur's Paulus, in diazo Jaarb. v. wet. theol., tom. VI. pag. 694 seq. et tom. VII. pag. 82 seq.

1) Cf. quae hac de re egregia scripsit cl. Vinke in libro, *Verhandeling over de leer van Jezus en de Apostelen aangaande zijn tijden enz.* pag. 163—167 et 177—182, et loci scriptoresque ibi laudati.

quae unice etiam ex Moyse et Prophetis erat dirimenda: „utrum ille, primus e resurrectione mortuorum, lucis nuntium esset allaturus populo Judaico et gentibus.” *πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν*, bene per paraphrasin explicuit cl. Vinke ad h. l.: „de eerste, die, als voorganger van alle anderen, opgestaan zijnde, leeft om niet meer te sterven” enz. — cf. *πρωτότοκος ἐν τῶν νεκρῶν* Col. 1:18; 1 Cor. 15:23; — de omissione articuli nostro loco ante vocabulum *νεκρῶν*, vid. Winerus, *Gram.* § 18, pag. 137, coll. 140 ubi docemur . . . . . „Artikkelos sind oft manche Worten, wo sie in Verbindung mit Präpositionen u. s. w. gewisse sehr üblich gewordene Formeln bilden . . . . . z. b. *νεκροί* die Todten stets (mit Ausnahme von Eph. 5:14) in der Formel *ἐγείρειν, ἐγείρεισθαι, ἀναστῆναι ἐν νεκρῶν*, Mat. 17:9; Marc. 6:14, 16; Act. 26:23 u. s. w.” *Φῶς* vid. ad sect. 18; *ὁ λαός* h. l. pro populo Judaico *κατ' ἐξοχήν* dici, sponte patet.

Restat, ut alterius quaestionis sensum exponamus. Hunc autem magis clare et perspicue exprimere, quam ipse expressit Meyerus, minime valemus. Desinamus igitur in ejus verbis afferendis: „das Hauptmoment dieser Thesis liegt auf *πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν*; denn war diess nach dem A. T. dem Messias als charakteristisch vindicirt: so war damit das *σκάνδαλον* des Kreuzes Christi gehoben. *Nach seiner Auferstehung* predigte Jesus Licht allen Völkern (durch seine Apostel); darum war es *noth-*

*wendig*, diess als Messianisches Characteristicum aus den alttest. Orakeln zu erhärten und daher obiges Problem zu behandeln.”



## THESES.

### I.

Dubitationes, a B a u r o aliisque nuperrime motae, Lucae, conversionem Pauli ad Christum narrantis, fidem historicam non tollunt.

### II.

Interpretatio naturalis q. d. Pauli ad Christum conversionis prorsus est improbanda.

### III.

Summâ injuriâ scripsit Baurus: „Ein um so ungünstigeres Licht fällt dagegen freilich auf die Apostelgeschichte, deren Darstellung nur als eine absichtliche Abweichung von der geschichtlichen Wahrheit im Interesse der besondern Tendenz, die sie hat, angesehen werden kann“ (*Paulus, der Ap.* p. 105).



## IV.

Acta Apostolorum ante Pauli obitum scripto sunt mandata.

## V.

Perperam provocant Theologi Tubingenses q. d. ad Ep. ad Gal. c. II., ut suam comprobent sententiam de litibus acerrimis, quae primis temporibus obtinuissent Paulinismum inter et Ebionitismum.

## VI.

Lege Mosaicâ minime obstrictos esse Jesu Christo fidem habentes, aperte nos docent N. T. scriptores.

## VII.

Locum Joh. X: 30. ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν recte explicuit doct. van Oosterzee „één in magt, dewijl wij één zijn in natuur en wezen” (*Leven van Jesus* II. 2. p. 699).

## VIII.

Male negarunt negantque nonnulli, verba Rom. IX: 5: ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ad Christum esse referenda.

## IX.

Jesus Christus non tantum nostrum in commodum, verum etiam *nostro loco*, mortem subiit.

## X.

Christi mors expiatoria *omnes* omnino homines spectat.

## XI.

Johannes Baptista non discipulorum tantum, sed *sui ipsius* etiam causâ legatos ad Jesum misit (Matth. XI : 3 seq.)

## XII.

Jobus (cap. XIX) spem suam declarat vitae, cujus particeps foret post peractam hanc vitam terrestrem.

## XIII.

Basilica christiana primis temporibus ad rationem templi Hierosolymitani fuisse confecta, argumentis satis validis probari nequit.

## XIV.

Institutiones monachicae et ordines Monachorum, licet medio aevo profuerint gentibus Europaeis et propagationi Religionis Christianae, vel sic tamen plane opposita sunt Evangelii et indoli et commodis, suntque adeo prorsus improbanda.

## XV.

Puseyismus ex ipsius Ecclesiae Anglicanae conditione et indole est explicandus, imprimis ex elementis Romano-Catholicismi et Protestantismi, quae a Reformationis inde

aevo in eâ coaluerant, hoc vero nostro tempore dissolvi videntur.

## XVI.

Socratica ratio in institutione catechetica non ex omni parte est probanda.

## XVII.

Impense laudandum est Synodi ecclesiae nostrae Nederlandico-Austro-Africanae propositum Seminarium theologicum condendi. Vel sic tamen minime spernenda sunt, quae attulerunt nonnulli viri docti venerandique, statuentes, futuris theologiae alumnis Promontoriensibus hanc illamve academiam Europaeam esse petendam. Utraque igitur ratio conjungenda mihi videtur, ita quidem, ut Seminarium theologicum omnino condatur in Africa, simul vero discipulis provecioribus opportunitas praebeatur academiam adeundi *Nederlandicam*.

---

## CORRIGENDA.

Pag. 6	annot.	2	diese	<i>lege</i>	dieser
" 9	reg.	2	quas	"	quos
" 12	"	3	ipsa	"	ipso
" 18	annot.	1	öffers	"	öfters
" "	"	"	Täuchung	"	Täuschung
" 19	reg.	26	Pauli	"	Paulum
" 22	annot.	2	Tom. I.	"	Tom. II.
" 25	"	"	discrepentiam	"	discrepantiam
" 27	reg.	5	excogitata	"	excogitatae
" 33	"	12	הַדּוֹל	"	הַדּוֹל
" 36	"	"	ipsique,	"	ipsique
" 45	"	13	intellerunt	"	intellexerunt
" 50	"	5	ἐπισχευεν	"	ἐπισχευεν
" "	"	14	ἰδοὺ	"	ἰδοὺ
" 58	"	11	19	"	19 <sup>a</sup>

Cetera minoris momenti corrigat benevolus Lector.

CONTENTS

1	1
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8
9	9
10	10
11	11
12	12
13	13
14	14
15	15
16	16
17	17
18	18
19	19
20	20
21	21
22	22
23	23
24	24
25	25
26	26
27	27
28	28
29	29
30	30
31	31
32	32
33	33
34	34
35	35
36	36
37	37
38	38
39	39
40	40
41	41
42	42
43	43
44	44
45	45
46	46
47	47
48	48
49	49
50	50
51	51
52	52
53	53
54	54
55	55
56	56
57	57
58	58
59	59
60	60
61	61
62	62
63	63
64	64
65	65
66	66
67	67
68	68
69	69
70	70
71	71
72	72
73	73
74	74
75	75
76	76
77	77
78	78
79	79
80	80
81	81
82	82
83	83
84	84
85	85
86	86
87	87
88	88
89	89
90	90
91	91
92	92
93	93
94	94
95	95
96	96
97	97
98	98
99	99
100	100